



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hermann Hamelmanns geschichtliche Werke

Reformationsgeschichte Westfalens

Hamelmann, Hermann

Münster i. Westf., 1913

14. Soest

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56665](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56665)

14. Soest¹⁾.

*Cornelius*²⁾ fällt über dieses Kapitel ein sehr scharfes Urteil, und es ist, wenigstens was den Abschnitt über die Jahre 1530—1533 angeht, berechtigt. Aber wir haben seither durch einen von *Jostes*³⁾ ans Licht gezogenen Brief erfahren, daß *Hamelmann* seine Aufgabe ernst genug genommen hat. Er ersuchte den Soester Rat um urkundliches Material, bekam aber am 31. Januar 1565 die sonderbare⁴⁾ Antwort: „Was nun sunst E. W. in Irem ersten Schreiben gethanes Begeren betrifft, ist allhie nicht von Antiquiteten, Acten und anderen Geschefften, welches E. W. zu Irem Vorhaben etwas vortreglich sein mocht, vorhanden.“

So war *Hamelmann* auf weniger zuverlässige Quellen angewiesen.

Für den ersten Teil bis 1533 einschließlich lassen sie sich bis auf einige Reste genau nachweisen; es sind, wie *Jostes*⁵⁾ bereits bemerkt hat, die „Denkschrift über die Soester Reformation“ und die „Soester Geschichten des Jahres 1533“, beide veröffentlicht von

¹⁾ *J. L. F. Sybel*, *Beyträge zur westphälischen Kirchen- und Litteraturgeschichte*, erstes Heft von Soest, Osnabrück 1793, S. 29—58 und die *Predigerlisten* S. 66 ff. und S. 72 ff. *Jacobson* S. 55—60. *F. W. Barthold*, *Soest die Stadt der Engern*, Soest 1855, S. 300—317. *Cornelius* Bd. 1 S. 96—121, Bd. 2 S. 119—140. *Kampschulte* S. 57—70, 210—214. *Daniel von Soest* hrsg. von *Fr. Jostes* (*Quellen und Untersuchungen zur Geschichte, Kultur und Litteratur Westfalens* Bd. 1), Paderborn 1888 (mit geschichtlicher Einleitung). *H. Rothert*, *Zur Kirchengeschichte der „ehrenreichen“ Stadt Soest*, Gütersloh 1905, S. 74—119. *Derselbe*, *Kirchengeschichte der Grafschaft Mark T. 2 im Jahrbuch* Jg. 14 (1912), S. 48—51, 64—67. (Bei den folgenden Zitaten ist die erstgenannte Arbeit gemeint.) — Eine wirklich quellenmäßige Darstellung der Soester Reformationsgeschichte in der Art, wie *Cornelius* und *Jostes* sie begonnen haben, ist immer noch ein Bedürfnis.

²⁾ Bd. 1 S. 97 Anm. ³⁾ S. IX f.

⁴⁾ Denn das Soester Archiv ist besonders reich an Akten über die Reformationszeit. ⁵⁾ S. IX.

Cornelius¹⁾. Aus ihnen stammt die Erzählung der Vorgänge. Die Personalien dagegen gehen, wie ebenfalls deutlich ersichtlich ist, auf die Schriften des Daniel von Soest zurück. Die Frage, ob ihm diese drei Quellen direkt vorlagen oder ob er eine auf ihnen beruhende Ausarbeitung benutzte, muß allerdings offen bleiben. Mir ist aber das letztere wahrscheinlicher. Die Kirchenordnung Omekens scheint er in der Hand gehabt zu haben.

Am zuverlässigsten von den drei übrigen Quellen ist noch der Daniel. Die „Denkschrift“ ist mehr ein Stimmungsbild, als eine treue Darstellung der Ereignisse, und der Verfasser der „Geschichten“ ist wahrscheinlich nicht Augenzeuge der von ihm erzählten Vorgänge gewesen. So konnte Hamelmanns Bericht über diese Zeit nur mangelhaft ausfallen.

Von 1534 an hat er dagegen einige erwünschte und brauchbare Nachrichten, so über die Erwiderung des Pollius auf die Satiren Daniels von Soest und über Johann Groppers Auftreten in Soest zur Zeit des Interims. Der Rest endlich bringt bloß noch Personalien.

Hamelmanns Gewährsmann für diese Einzelheiten, vielleicht aber für das Ganze überhaupt, ist wahrscheinlich ein Soester Prädikant gewesen. Ich glaube als solchen den Erasmus Wegenhorst namhaft machen zu können. Er war mit Hamelmann bekannt und versuchte 1555 und später noch einmal, ihn nach Soest zu ziehen²⁾.

Die Abfassungszeit ist 1568³⁾.

De^{a)} renato evangelio in ecclesia urbis Susatensis, quae dicitur in *W* 1095. antiquis annalibus metropolis Angrivariorum autore H. Hamelmanno L.

Etsi essent cives multi, qui in urbe Susatensi zelo et verbi Dei cognitione flagrabant (ex quibus hi praecipui erant⁴⁾): Johannes

a) Text nach A, B und W.

¹⁾ Bd. 1 S. 272—278 und Bd. 2 S. 304—308.

²⁾ Vgl. oben S. 250 und unten *W* 1121.

³⁾ Der Antritt des Pastors Sprenger (1567) und der des Rektors Hummersbach (1568) sind noch erwähnt (*W* 1121 f.).

⁴⁾ Die „Capteners“ (Hauptleute der Schützengesellschaft) nach Daniel von Soest S. 118f., wo man sie zusammen findet, und S. 254f. Es ist von

Frensius ¹⁾, Johannes Affelenius ²⁾, Johannes Schachtorpius, Georgius Collius ³⁾, Antonius Mollerus ⁴⁾, Gottfridus Bentinchusius ⁵⁾, Johannes Glasemakerus, Antonius Remensniderus ⁶⁾, Johannes Sanderus ⁷⁾ et Johannes Arnsbergius ⁸⁾, imprimis vero Johannes Kubeckius, qui fugientibus consulibus creatus est consul ⁹⁾, et Johannes Holtius ¹⁰⁾, qui deinde iudex creatus et electus est) et circa annum Domini 1526., 1527., 1528., 1529. et amare incipiebant evangelium ¹¹⁾ et inter se de eo commentari et simul diligenter promovere, tamen nihil aperte ab eis tentatum est.

W 1096. Sed anno Domini 1530. coeperunt pueri et adolescentes publice canere psalmos Germanicos in plateis ex psalmodum libris ad ianuas civium quaerentes ostiatim victum, item vesperi quilibet et nonnulli etiam in domibus clara die ¹²⁾. Hoc valde male ^{a)} habuit canonicos illos collegiatos, minoritas et totam fecem pontificiorum. Ideo et illi, qui docebant, pontificii publice pro concione et deinde alii ventres papales in conviviis domesticis et colloquiis hinc inde in foro et alibi habitis cum civibus vehementer stomachabantur in Lutherum et alios pios ecclesiae doctores eosque et totam evangelii doctrinam diris convitiis damnare et devovere psalmosque illos, qui ita canebantur, diabolicos appellare saepe solebant. Ista impia et frequenti execratione quotidianaque damnatione atque ferocitate et arrogantia inflammantur cives et iuniores et fremitu quodam incipiunt magis contemnere pontificios magisque canere psalmos Germanicos ex Lutheri psalmodiis et de doctrina vera ardentius quaerere, imo suas meditationes contra pontificios

a) fehlt B und W.

Interesse, daß die klevische Regierung aus Daniels Schriften einen Auszug hat machen lassen, in dem diese Leute mit ihrer Charakteristik, besonders ihren sexuellen Sünden aufgeführt werden (Staatsarchiv Münster, Kleve-Märk. Landesarchiv 129 I, fol. 1f.).

¹⁾ Frensis. ²⁾ van Affeln. ³⁾ Koel. ⁴⁾ Thonis Molner.

⁵⁾ Gort (Godehard) Bettinchus. ⁶⁾ Thonis Reimensnider.

⁷⁾ Johan Zander. ⁸⁾ Johann van Arnsberg.

⁹⁾ 1534 oder 1535. ¹⁰⁾ Johann van Holtum. Vgl. Daniel S. 253.

¹¹⁾ Vgl. Rothert S. 78.

¹²⁾ Dies und das Folgende nach der „Denkschrift“ S. 275. Das Singen deutscher Psalmen wird aber wohl erst ins Jahr 1531 fallen. Vgl. Jostes S. 11 Anm. 2 und S. 15. Auch sonst ist die Quelle mangelhaft unterrichtet.

non obscure prodebant. Itaque admonitus decanus collegii per senatum, ut suos capitulares et vicarios compescat et refrenando cohibeat admoneatque, ne se ita opponant civibus et irritationibus, maledictionibus et calumniis eis dent occasionem aliquid vi tentandi. Sed frustra ea admonitio fiebat. Nam fortiter in proposito pergebant.

Ut tamen¹⁾ magis retineret senatus et tribunitia potestas cives in officio et usu antiquae religionis, de consilio paucorum in collegio evocare Colonia cogitant quendam doctum aut monachum aut alium, qui cum terminariis et aliis sacellanis posset docere et propagare pontificiam religionem et oppugnare doctrinam evangelii. Ita vocatur monachus dictus Kensbeckius²⁾, quem constituebant concionatorem in templo antiquo³⁾, et ipsi senatores frequenter ad eius concionem accedebant. Interim contra huiusmodi astum meditabantur iterum cives pii, et iam Johannes Kelbergius coeperat in aede d. Pauli⁴⁾ (ubi erat concionator) purius docere et evangelii lucem pedetentim accendere. Scribunt pii cives etiam ad doctorem Gerhardum Heckerum⁵⁾ (cuius tunc per Westphaliam magna erat autoritas in promovendo evangelio, quem saepe ut praeceptorem coluerat et commendaverat d. Martinus Lutherus⁶⁾, quod multis erat apertum), ut aliquem idoneum et doctum virum, qui posset Kensbeckio opponi, mitteret clam Susatum. Ita mittitur Osnaburga ab ipso doctore Heckero Johannes Campius⁷⁾, qui quoque secum attulit Thomam Broickwium⁸⁾, et similiter aderat Johannes Liberius vel Frius ibidem⁹⁾.

¹⁾ Für das Folgende ist eine Quelle nicht nachweisbar.

²⁾ Gemeint ist, was Hamelmann nicht gemerkt hat, der Dominikaner Johann Host von Romberg; Gensebeck = Gänseschnabel ist sein Spottname. Vgl. über ihn die oben S. 328 Anm. 1 genannte Literatur. Der Konvent des Dominikanerklosters erbat ihn vom Kölner Prior (Jostes S. 12).

³⁾ Petri. ⁴⁾ Wo er Kaplan war.

⁵⁾ Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 204f.

⁶⁾ Das ist nicht richtig.

⁷⁾ Johann von Kampen kam erst kurz vor dem Thomastage (21. Dezember) 1531 nach Soest. Vgl. Jostes S. 16f. und Rothert S. 80. Daniel sagt S. 161, Dr. Hecker habe ihn in Osnabrück „logenhäftich“ gefunden. Hamelmanns Angabe ist also nicht glaubhaft.

⁸⁾ Der Dominikaner Thomas Borchwede war längst in Soest „ut Horsam“ seines Provinzials „dorch ein recht versammelt Kapitel to Halle geschehn mit

W 1097. Cum autem illi quatuor adessent, fit consultatio inter cives, quomodo prudenter rem instituere et breviter istud negotium exordiri possent. Tandem ex communi deliberatione id videbatur consultum, ut, cum iturus esset ad concionem Kensbeckius, interciperet ei iter et eum anteverteret atque ita pie doceret Johannes Campius in die Thomae¹⁾. Sed cum ea res, quae inter multos tractabatur, non posset esse diu occulta, negotium defertur ad consules, qui tunc erant Johannes Gropperus et Albertus Grevenus²⁾. Illi in ipso die Thomae, cum totus conatus civium esset eo die mane ipsis relatus, se ad templum conferunt et statuto concionis tempore ac hora cum paucis senatoribus adsunt et ministris iubent in ipsa actione, ut euntem Campium ad suggestum apprehenderent et carceri includerent. Hoc³⁾ statim cum fieret in templo, ad quod cives et feminae magno numero confluerant, oritur tumultus, omnesque clamant ibi in templo vim fieri concionatori isti praeter et contra morem antiquum rei-publicae Susatensis, ubi plebiscitum est, ne quis vinculis tradatur nisi de suffragio eorum, qui ibi iudicii potestatem habent, id est

a) A, B, W: Hic.

segeleden Breven ingesat . . . vor einen Prädikanten und Kursoren der hilligen godeliken Schrift“. So sagt er selbst in einem Briefe an den Rat (bei Rothert S. 78f.). Host sollte an seine Stelle treten, weil Borchucede im Sommer 1531 des Luthertums verdächtig wurde. Es kann also keine Rede davon sein, daß ihn der Augustiner Hecker geschickt habe (vgl. Jostes S. 11 Anm. 3).

³⁾ (Zur vor. Seite.) Vrye (Vrie) kommt erst 1532 in Soest vor und wurde damals Prädikant an St. Thomä (Jostes S. 22, Rothert S. 82). J. G. Bertram, Das Evangelische Lüneburg, Braunschweig 1729, S. 710 will aus alten Urkunden ersehen haben, daß er in Münster geboren und (wie auch Hamelmann später W 1118 sowie W 902 angibt) „des Erasmi Roterodami auditor et convictor“ war. Auch Daniel nennt ihn S. 119 van Munster. Bestätigt wird das durch ein Schreiben der Stadt Soest an Bischof Franz von Münster von Samstag nach Timoth. Apost. (26. Januar) 1544, in dem sie ihn bittet, er möchte Meister Johann Frigge, Prädikanten zu Soest, sein väterliches Erbe in Münster, das er in der Zeit der Wiedertäuferunruhen verloren habe, wiederverschaffen (Stadtarchiv, Protokollbuch LI, 11). Rothert S. 192 hat also unrecht, wenn er ihn für einen Soester hält. — 1532 kommt Vrie als „excucullatus Vrigerius“ in Münster vor (Cornelius Bd. 2 S. 336).

¹⁾ Romberg hatte schon am 17. Oktober 1531 Soest verlassen (Jostes S. 15, Rothert S. 80).

²⁾ Greve.

praesidum iudicii. Ideo accurrentes simul tumultuatim cives eripuerunt ex manibus ministrorum et lictorum Johannem Campium atque simul serio quaerentes ex lictoribus, quorum iussu manus in hunc coniecissent. Illi dixerunt consulum tantum autoritate fieri et factum esse. Itaque mox senatum adeunt, imo in arcum cogunt. Conveniente senatu utroque et tribunitia potestate fassi sunt duo consules id tantum suo ipsorum iussu factum esse et quidem praeter communem consuetudinem. Sed rumor et seditio civium non cessavit (quia in tertium motus ille diem duravit, et erant in magno periculo senatus uterque), nisi dedissent locum evangelio. Coacti igitur necessitate quadam, et certe inviti consules ac uterque senatus tribunitiaque potestas propter communem tranquillitatem retinendam consenserunt tandem in suscipiendis aliquot concionatoribus Lutheranis ¹⁾.

Sed ²⁾ cives vehementer petunt et instant, ut ipsis ista religio libera concederetur, quam in certa confessione Augustae exhibuissent Johannes elector Saxoniae et Philippus landgravius Hassiae cum aliis piis principibus Carolo V. Caesari, quaeque sonaret in ecclesiis per istorum principum ditiones et dominia reformatis atque in ecclesiis urbium Lubecae, Hamburgi, Luneburgi, Brunsvigae. Deinde offerunt se velle mox sistere viros quosdam doctos et evangelii concionatores in curiam coram illorum conspectu, qui debeant *W 1098.* et possint illam doctrinam ex verbo Dei tueri et defendere. Petere igitur, ut vocentur monachi et canonici et se cum his committant in publicam disputationem. Tertio igitur die citati canonici et reliqui pontificii in curiam et praesentes iubentur proferre, si quid habeant, quod possint opponere novis his concionatoribus, qui Lutherani sint et profiteantur doctrinam Augustanae confessionis, nuncque reipsa demonstrant istud dogma et cantiones illas Germanicas esse diabolicas, quas antea saepius istis titulis traduxe-

¹⁾ Vgl. über den Thomastag 1531, der nicht ganz so verlaufen ist, wie Hamelmann erzählt, und seine Folgen Jostes S. 17f. und Rothert S. 80f. sowie den Bericht des Ratsprotokollbuches bei Jostes S. 85ff.

²⁾ Das Folgende wieder im Anschluß an die „Denkschrift“ S. 275, deren Erzählung etwas ausgeschmückt wird. Die anderen Quellen wissen von solchen Verhandlungen mit dem katholischen Klerus in dieser Zeit und seinem schwächlichen Verhalten nichts.

rant. Adesse illos, ut disputent contra eos et tueantur ex verbo Dei veram evangelii sententiam. Hic pontificii conqueruntur id sibi difficile esse et se imparatos venisse in curiam. Etsi eis offeratur spatium aliquot dierum, ut interea se ad disputationem praepararent, tamen detrectant disputationem. Quaeritur igitur ab eis, an quoque tum adhuc habeant, quod in novorum concionatorum doctrina et ceremoniis reprehendere queant. Ingenue respondent se in eis nihil reprehendere. Itaque cum senatus uterque et tribunitia potestas audirent pontificios desiderare nihil in doctrina evangelii, ideo iam inviti plerique eorum spe omni abiecta evangelicis concionatoribus locum relinquunt et deinde iubent collegiatis et reliquis pontificiis, ut abolitis horis canonicis, missis, vigiliis, invocatione sanctorum et reliquis impiis ceremoniis pergant in posterum pios tantum Davidis psalmos canere.

Cum autem illi anno tum instante 1531. ¹⁾ nondum cessarent maledicere concionatoribus piis et doctrinam evangelii tamquam haeresin damnare ²⁾, offerunt se multoties ad disputationem concionatores, quibus tunc accesserat Johannes Molnerus Burensis, qui Paderborna evocatus erat ³⁾. Et deinde iam praesentes erant Johannes ⁴⁾ et Jacobus Iserlonii fratres, Johannes Synckhusius ⁵⁾, Henricus Velthusius ^{a)} ⁶⁾, Stephanus Hutinchusius ^{b)} ⁷⁾. Hi inquam affixis publice propositionibus de rebus fidei citant et evocant ad disputationem concionatores pontificios, monachos minoritas, terminarios

a) *B und W*: Welthusius.

b) *B und W*: Huntinchusius.

¹⁾ *Es soll doch wohl 1532 gemeint sein.*

²⁾ *Ebenfalls nach der „Denkschrift“ S. 275 f.*

³⁾ *Johannes Molners van Buren (vgl. auch oben S. 106) unterzeichnet bereits mit Borchwede und Kelberg das „Glaubensbekenntnis der Soester Prädikanten“ vom 20. November 1531 (bei Cornelius Bd. 1 S. 281). In der Antwort des Kapitels bei Jostes S. 334 heißt er Johan Molitoris van Buren.*

⁴⁾ *Johann hatte den Beinamen „Stuntzelvoet“ (Daniel S. 115), weil er hinkte. Er und sein Bruder waren Franziskaner, wahrscheinlich Soester (Jostes ebenda).*

⁵⁾ *1532 Pastor an St. Mariä in altis (Hohne), bald wieder entlassen (Jostes S. 47, Rothert S. 196). Vgl. unten.*

⁶⁾ *Pastor in Welver (Daniel S. 168).*

⁷⁾ *Huttinkhus, 1532—1548 Pastor in Borgelen (Jostes S. 28 ff., Rothert S. 203). — Die hier genannten Namen stammen wahrscheinlich wieder aus dem Daniel.*

et collegiatos, sed statuta ac ad disputationem hora ordinata nemo ex istis omnibus comparuit¹⁾. Itaque multi cives, qui erant alterius sententiae, iam accessere evangelicis, et cogebatur ita senatus uterque cum tribunitia potestate locum dare evangelio atque ad plenum usque suscipere formam doctrinae, quae propagabatur sub electore Saxoniae Johanne et Philippo Hassiae et finitimarum regionum principe in Hassia, Saxonia et civitatibus maritimis.

Cum autem appareret quaedam diversitas in usu caeremoniarum, atque alius aliter sacramenta administraret et suum in docendo et aliis exercitiis ecclesiasticis sequeretur morem²⁾, ex *W 1099*. communi deliberatione evocatur M. Gerhardus Oemikenius Camensis ex urbe Lippia (ubi iam ei et munus docendi et oppidi comoratio interdicta erat per Clivensem ducem³⁾), ut conscriberet in usum Susatensis ecclesiae certam ordinationem, quod fecit et ibi aliquamdiu haesit. Finitam et absolutam ordinationem misit ad doctorem Urbanum Rhegium, qui eam publico elogio commendavit. Misit autem eandem ad M. Hermannum Bonnum petens a Lubecensibus concionatoribus quoque calculum⁴⁾ et, si eis probaretur, editionem istius per praelum⁴⁾. Itaque editur Lubecae per Johannem Balhornen anno 1532⁵⁾.

Ordinationis summam recitabimus.

Primo docet in ea Oemikenius, ut procul arceantur ab urbe et pagis Susatensium sectae et haereses sacramentariorum, ana-

a) *B und W*: clanculum.

¹⁾ Nach der „Denkschrift“ S. 276 („ader er is gen gekomen“). Zu Grunde liegt der Erzählung wohl das schon erwähnte Glaubensbekenntnis der Prediger und die Antwort des Kapitals vom 20. November.

²⁾ Das entnimmt Hamelmann vielleicht der Kirchenordnung Omekens.

³⁾ Vgl. oben S. 322.

⁴⁾ Dies ist schwerlich mehr als bloße Kombination Hamelmanns, lediglich darauf beruhend, daß Bonnus in Lübeck lebte.

⁵⁾ Der Erbaren Erenriker Stadt Soest Christlike Ordenunge tho denste dem hilgen Evangelio, Gemenem vrede und eindracht, overgesen (nicht ofergeven, wie Jostes S. 27 schreibt) dorch D. Urbanum Regium und mit ener des sülfftigen latinschen Commendation. Dorch Gerdt Omeken van Kamen beschreven . . . Lübeck, J. Balhorn 1532. <Berlin KB>. Auszüge bei Jacobson, *Urkundensammlung* S. 9 ff., Richter Bd. 1 S. 165 ff., E. Knodt, *Gerdt Omeken, Gütersloh* 1898, S. 22 ff.

baptistarum et aliarum haeresium pugnantium cum Augustana confessione.

Secundo de piis concionatoribus vocandis et pontificiis procul amovendis et seditiosis, quales plerumque sunt pontificii. Ibi dicitur Romanum papam esse antichristum. Tractat et de dignitate et honore magistratus civilis, quam papistae mancipii loco habent.

Tertio tribuit concionatoribus praesentibus doctrinam et pietatem atque de paedobaptismis et baptismi usu prolixè tractando et explicando coram plebe docet prolatis etiam argumentis contra anabaptistas, ubi similiter refert ex scripturis non prius baptizandos infantes nisi ad plenum natos contra sententiam pontificiam. Provocat quoque ad ordinationem Brunswicensem aliquando a d. doctore Johanne Bugenhagio editam. Ostendit praeterea Germanice baptizandos pueros, ubi acriter abusum pontificium perstringit. Deridet quoque chrisma, sal, caeram et alia ut notas antichristi et idoli athei Romani signa et ita baptismum tractandum praecipit, ut ordinavit doctor Lutherus, et prolixè progrediens in abusum pontificium et circa baptismum et in aliis ceremoniis atque impietatibus receptum debacchatur. Deinde de idoneis obstetricibus ordinandis verba quoque ibidem facit.

Quarto asserit de schola aliqua frequenti aperiunda, in qua ad bonas literas Latinas et Graecas discendas adolescentes missi instrui commode possent, cui et magister artium et cantores aliique praeficiantur docti et idonei, et quid eis debeat numerari addit^{a)} atque de aliis quibusdam extraordinariis scholis, in quibus puellae et alii instituantur et ad veram pietatem erudiantur, ubi iterum abusum pontificiorum in collegiis reprehendit.

W 1100. Quinto de ordinando superattendente^{b)} et eius coadiutore ac utriusque stipendio officioque disserit atque de reliquis concionatoribus ordinandis.

Sexto de ordinandis ceremoniis, festis, concionibus tam hebdomadariis quam dominicalibus loquitur.

Septimo de causis matrimonialibus, quomodo in copulatione matrimoniali sit procedendum, docet.

Octavo de banno vel excommunicatione disseritur, et quid sit agendum cum blasphemis, cum ebriosis, adulteris, fornicatoribus

a) *B und W*: addidit.

b) *B und W*: superintendente.

et iis^{a)} similibusque puniendis, item quomodo astringantur matrimonio omnes in genere sine ulla exceptione, et quod impie faciant, qui personis ecclesiasticis matrimonium interdiciant^{b)}).

Nono dicitur de coenobiis eorumque votis, et an sint a piis Christianis tradendi liberi collegiis et coenobiis post agnitam veritatem.

Decimo disserit contra invocationem sanctorum.

Undecimo contra consecrationes creaturarum disputat.

Duodecimo, quid sit agendum cum reis, de quibus sumet supplicium capitale magistratus, contra veterem papistarum morem.

Decimotertio de pulsu campanae pro pace, de bibliotheca Christiana instituenda, de ieiunio eiusque usu vero disserit.

Decimoquarto de usu imaginum, quatenus illae^{c)} ferri possint, aliisque utilibus exercitiis et ordinationibus isti ecclesiae accommodatis prolixè refert.

Haec est summa ordinationis.

Haec ordinatio ex communi senatus utriusque et tribunitiae potestatis deliberatione ita urgentibus civibus suscipitur, approbatur et publicatur die Jovis a paschate anno 1532.¹⁾, cum iam adesset superattendens novus²⁾, quem literis et nuntiis legatis petiverant a principe electore duce Saxoniae Johanne et ipso d. Luthero³⁾, qui tum Witeberga miserant Johannem de Bruen Gandaviensem, quondam monachum observantem et doctorem, qui ea septimana, quae sequitur dominicam a Laetare, Susatum appulit. Cum autem istam functionem superattendentis non susciperet ibidem ipse M. Gerhardus Oemiken, haec erat causa, quod iam bis eiectus esset sub nomine principis Clivensis Johannis ex diversis locis propter doctrinam evangelii, videlicet ex oppido Buricensi in Clivia et

a) *B und W*: aliis.

b) *B und W*: interdiciunt.

c) *B und W*: illi.

¹⁾ *Das wäre der 4. April. Woher Hamelmann das Datum hat, ist nicht ersichtlich. In Wirklichkeit wurde die Ordinanz am 22. März und endgültig am 16. April (Dienstag nach Misericordias Domini) angenommen. Vgl. Cornelius Bd. 1 S. 118 und 120, Jostes S. 25, Jacobson, Urkundensammlung S. 8.*

²⁾ *Brune kam erst am 17. Juni (Jostes S. 31 Anm. 2).*

³⁾ *Vgl. Luthers Briefe vom 30. April und 17. Juni 1532 (Luthers Briefwechsel hrsg. von Enders Bd. 9 S. 182 und S. 197, Nr. 2000 und 2009; die Drucke sind dort verzeichnet). Der letztere ist faksimiliert in der Festschrift „Die Grafschaft Mark“ Bd. 1, Dortmund 1909, hinter S. 246.*

deinde ex urbe Lippia, tum quoque hoc nomine scripserat princeps ille ad senatum, quod illum profugum in sui ignominiam iam suscepissent Susatenses, quem ille aliquoties fugasset propter haeresim¹⁾.

W 1101. Superattendenti propter lippos oculos pontificii indiderunt nomen Simonis²⁾. Huic datus est coadiutor Johannes Campius. Quomodo autem deinceps disposita sint ministeria, non exacte et distincte cognoscere potui³⁾. Interim scio, quod Kilbergius docuerit semper in aede divi Pauli usque ad eiectionem interimisticam, Johannes Synckhusius in templo dicto „thor hoen“⁴⁾, Johannes Molnerus in aede Georgii, Thomas Broickwius in templo divae virginis dicta „thor wese“, Johannes Liberius vel Frius in parochia Thomae. Alii praedicti parochianis rusticanis praeficiebantur.

Johannes Campius, cum is inciperet cinglianizare (hoc enim de illo dicebatur), est dimissus⁵⁾, et vocatus est in eius locum Johannes Pollius, qui evangelista eoque fuerat in comitatu Tecklenburgico, homo doctus et celebris poeta⁶⁾, quem mox revocavit comes Tecklenburgicus Conradus ex ministerio Susatensi in initio anni 1535.⁷⁾, et tunc vocatur in eius locum Brictius Nordanus, qui antequam veniret Monasterium, quoque Burici docuerat et inde eiectus erat, superiori anno ex urbe Monasteriensi per anabaptistas eiectus⁸⁾. Hic etiam factus coadiutor doctori Johanni de Bruen Gandaviensi, sed statim is quoque dimittitur⁹⁾, et assumitur in

¹⁾ Nur von Hamelmann erzählt.

²⁾ Vielmehr „blinde Simon“, weil er stets mit niedergeschlagenen Augen ging (Daniel S. 145).

³⁾ Die folgenden Angaben stammen wahrscheinlich größtenteils aus dem Daniel. ⁴⁾ Vgl. oben S. 378 Anm. 5.

⁵⁾ Hauptsächlich aber, als man erkannte, was für ein Lotterbube er war. Vgl. Cornelius Bd. 2 S. 300 ff., Jostes S. 16 und 32 und K. Rembert, Die Wiedertäufer im Herzogtum Jülich, Berlin 1899, S. 285—294. Bei Rembert auch Vermutungen über seine späteren Schicksale. Hamelmann nennt einen Grund, der ihm von späteren Beispielen anderer Orte her nahelag.

⁶⁾ Er kam im Februar 1533 (Jostes S. 35 Anm. 1).

⁷⁾ Pollius verließ Soest gegen Ostern 1534 (Jostes S. 35 und 47).

⁸⁾ Vgl. über ihn Cornelius Bd. 2 S. 330 ff., J. Holtmanns in der Zeitschrift des bergischen Geschichtsvereins Bd. 11 (1876) S. 202—230, Jostes S. 49f.

⁹⁾ Am Samstag nach Lamberti (19. September) 1534 stellte ihm der Rat sein Abschiedszeugnis aus (abgedruckt von G. Legerlotz in Picks Monatschrift für rheinisch-westfälische Geschichtsforschung Bd. 2 (1876) S. 388).

superattendentem Briccius. Qua de causa sit dimissus doctor ille, ignoro ¹⁾. Sunt enim faciles in dimittendis concionatoribus etiam hodie Susatenses proceres ²⁾. Briccio tunc contigit coadiutor Hermannus Svavenus ³⁾. Dimittitur quoque et Johannes Synckhusius, cuius dimissionis quoque causam ignoro ⁴⁾, et in locum eius suscipitur Rotermuntus Guntherus ^{a)} ⁵⁾. Eidem etiam aut mortuo aut dimisso succedit aliquando Telmannus Menzelius ^{b)} ⁶⁾, qui Lippiae evangelium docuerat et pater fuerat in domo sororum. Johannes Molnerus Burensis dimittitur anno 1538. ⁷⁾, vir certe bonus et doctus, puto ob hoc, quod liberius vitia reprehendisset, et credo ei successisse Antonium Kolthoffium ⁸⁾. Mortuo autem Thoma Broickwio successit Johannes Lemekenus ⁹⁾.

a) fehlt B und W.

b) A, B und W: Neuzelius (wohl Schreibfehler).

¹⁾ Er ging wahrscheinlich freiwillig (Jostes S. 49).

²⁾ Damit tut Hamelmann den Soestern nach Jostes' Meinung (S. 47) unrecht.

³⁾ Hermann Hake aus Arnsberg, ehemals katholischer Kaplan an St. Petri, dann evangelisch. Vgl. Jostes S. 184 Anm. 1 und Rothert S. 92f.

⁴⁾ Nach Daniel S. 171 und 183 wurde er von Simon (Brune; vgl. oben S. 382 Anm. 3) verjagt.

⁵⁾ Rotermund Gunter, ein früherer Augustiner (Daniel S. 187), wurde von Brune zum Pastor in Weslarn gemacht (ebenda). Hamelmanns Angabe, er sei Nachfolger des Synkhus an der Hohne gewesen, beruht vielleicht bloß auf Daniel S. 183, wo aber steht, daß ers werden wollte, aber Simon dagegen war.

⁶⁾ Vgl. über ihn oben S. 342 Anm. 2, Jostes S. 252 Anm. 1 und Rothert S. 196.

⁷⁾ Ende 1537 war er schon in Höxter, wo er 1538 der Nachfolger Winnstets wurde. Vgl. oben S. 358 und den dort genannten Aufsatz von Löffler S. 259f.

⁸⁾ Kalthof wird vielmehr (nach Rothert S. 196 Anm. 1) in einem Schreiben des Rates zum Jahre 1539 als Prädikant an der Hohne (nicht St. Georg) genannt.

⁹⁾ Diese Angabe geht, wie es scheint, zurück auf Daniel S. 274f. Rothert S. 93 stellt dagegen fest, daß Borchwede Stadtschreiber wurde und als solcher bis in die Zeit des Interims vorkommt. Daniel wird sich also geirrt haben. Johann von Lemeke (Lemgo) war nach Sybel S. 66 und Rothert S. 207 vorher Prediger in Sassendorf.

De certaminibus in ecclesia Susatensi ante Interim ortis.

Cum cognovisset princeps Clivensis et simul eius celsitudini oblata esset ¹⁾ ordinatio Susatensium iam edita et publice superiori semestri per totam urbem ab omnibus suscepta, serio scribit dux Clivensis Johannes circa festum Michaelis anno 1532. ad senatum Susatensem et mandat, ut illam novam ordinationem nuper susceptam eamque editam abolerent et eam deinde, quam ipse ut princeps patriae conscribi et fieri in usum ecclesiarum in suis ditionibus curasset, placide suscipere ²⁾. Quamquam istius principis ordinatio numquam mitteretur ad Susatenses ³⁾, tamen illi tunc principi responderunt se susceptam ordinationem deponere non posse, postquam illa sit fundata in sacris literis, et religio, quam semel susceperint, sit conformis ei, quam constanter defendant et tueantur Johannes elector Saxoniae et Philippus lantgravius Hassiae ⁴⁾. Se quidem ⁵⁾, ingenue scribunt deinceps, agnoscere ducem Clivensem pro suo domino suosque maiores et se ita olim repudiato tyrannico dominatu archiepiscopi Coloniensis Theodorici assumptos in principes et dominos suae urbis et simul bonorum et corporum atque in eis libenter ipsius celsitudinis dominium et potestatem agnoscere, interim eandem nullam habere potestatem animarum suarum. Quare suppliciter petunt, ut ipsius celsitudo permittat et concedat propter Christum ipsis illa reddere Deo, quae

¹⁾ Die Soester Kirchenordnung finde ich in den Verhandlungen mit Herzog Johann von Kleve nirgends erwähnt.

²⁾ Eine solche Aufforderung übersandte der Herzog am 20. August 1533 (Staatsarchiv Münster, Kleve-Märk. Landesarchiv 129 II, fol. 2. Ernestinisches Gesamtarchiv in Weimar, Reg. N. 779, fol. 154 f.). Hamelmann verlegt sie wohl ins Jahr 1532, weil in diesem Jahre die Kirchenordnung erlassen ist.

³⁾ Die Kirchenordnung bzw. die Erklärung vom 8. April 1533 (vgl. oben S. 241 Anm. 1) wurde zugleich mit dem genannten Schreiben übersandt.

⁴⁾ In der Antwort der Stadt vom 21. August 1533 (ebenda fol. 3 f. bzw. 156) heißt es u. a.: . . . unnd believe[n] i. f. g. gnediglichen dair up tho vernemen, wie dat wy uyt gotlicher gnaden und verheneknyß Gotz wort angenommen, dair wy ock dencken by tho blyven, winth tho der tyt umandes van gelerten doctoren hie in geschickt worden, die sulx mit gotlicher hilliger schrift wedder leggen konden. So dan worde bygebracht, wy dairinne nicht recht befunden, willen dair aff stain unnd uns underwysen laeten unnd sulx up unnsse kost affdregenn, hoppen oiek i. f. g. uns dairby laeten und gotlichs wairdes willen nicht besweren.

⁵⁾ Was jetzt folgt, ist der übliche Stil solcher Briefe bei Hamelmann.

Dei sunt et Caesari ipsiusque celsitudini, quae et Caesaris et principis sint, atque ne velit quicquam novi contra rempublicam et urbem Susatensem tentare, sed ut clementer iuxta obligationem iam olim a suis maioribus et similiter a sua celsitudine ratificatam servet. Interim hoc eius celsitudini libere permittunt, si per suos possit erroris convincere concionatores evangelicos ex verbo Dei aut talem ordinationem mittat, quae magis verbo Dei sit conformis quam illa eorum ^{a)} nuper scripta et suscepta, se quidem paratos esse ad omnia et velle abolere concionatores cum doctrina et suscipere aliam ordinationem.

In eandem quoque sententiam scribunt ad Johannem electorem (cuius filius Johannes Fridericus duxerat in uxorem Clivensis principis Johannis filiam Sybillam ante triennium ¹⁾) et per legatos petunt in causa evangelii ipsius intercessionem, quam cum impetrarent, miserunt eandem in aulam Clivensem, et ita aliquamdiu in pace salvam ^{b)} eis reliquit religionem veram aula ²⁾.

a) A, B, W: earum.

b) B und W: sanam.

¹⁾ Schon 1527.

²⁾ *Kurfürst Johann der Beständige von Sachsen starb schon am 16. August 1532, nachdem er noch geholfen hatte, der Stadt Soest einen Superintendenten zu verschaffen (vgl. G. Legerlotz a. a. O. S. 379 ff. und oben S. 381). Die Erzählung Hamelmanns ist also in dieser Form falsch. Zu Grunde liegen ihr wohl die wiederholten Vermittlungsversuche Johann Friedrichs des Großmütigen in den Jahren 1534—1536. Während eines Besuches bei seinem Schwiegervater ließ er mit den Soestern am 6. November 1534 auf einem Tage in Essen verhandeln. In der nächsten Woche (am 13. und 14. November) war er selbst in Soest, überzeugte sich, „daß daselbst in den Kirchen Gotes Wort unser und unser mitvorwanter für der Romischen Kaiserlichen Majestat unserm allergnedigstem hern, auch Churfürsten, Fürsten und Stenden des Reichs auff negst zu Augsburg gehaltenem Reichstag getanen Confession und Apologien gleichformig und nit zuwider, sondern rein, lautter und cristlich . . . geprediget, gelert unnd Ceremonien dem Wort gemes und wie bey uns beschit, gehalten werdtenn“ und ließ am 14. November das Ergebnis seiner Vermittlung in einem Abschiede zusammenfassen. Am 15. machte er seinem Schwiegervater von Lippstadt aus entsprechende Vorschläge, die den Soestern sehr weit entgegen kamen. Der Herzog antwortete aber auf seine Mahnung vom 3. August 1535 am 18. August: „Dwyl aver dieselbige Underhandlong unseren E. L. zugestelten Articulen, auch unser uffgerichter christlicher unnd bestendiger Ordnong nit allenthalber glychformich, so haben E. L. freuntlich abzunemen, das Wir in dem Fall die unsere van Sost van anderen unseren gemeynen Landenn unnd Underthanen unnd uffgerichtenn Ordnongen nit sonderen mogenn.“* Der Kur-Hamelmann II.

In dominica Laetare Anno 1533. postquam superattendenti concionanti in ecclesia collegiata deponeretur charta repleta pulvere bombardico¹⁾, conqueritur de ea re publice addens, quam segniter agatur cum pontificiis. Ita excitatur tumultus, et ibi de novo compellatur a civibus senatus, cur frena laxet pontificiis et ipsis tot mala ac scelera indulgeat. Sed senatus uterque, ut plebem sedarent, promiserunt quidem omnem diligentiam atque simul permiserunt superattendenti et concionatoribus, quoniam non ces-

W 1103. sabant pontificii turpiter loqui de vera doctrina, ut tertio post illam dominicam die²⁾, hoc est 24. Martii, coram senatu utroque citatos canonicos et vicarios examinarent coram utroque senatu et tribunitia potestate.

Ibi alter post alterum interrogatur, quid habeant reprehensione dignum in doctrina evangelii et nuper suscepta ordinatione atque ceremoniis pie circa sacramenta in ecclesiis institutis ac assumptis, et omnes fatentur se nihil in eis reprehendere. Quare ex communi deliberatione sic pronunciat consul Johannes Esbeckius: „Postquam nemo vestrum reprehendat vel etiam calumniari possit doctrinam evangelii et ceremonias publice superiori anno susceptas, merito vos decet ex suffragio utriusque senatus et tribunitiae potestatis suscipere illam doctrinam et formam rituum susceptorum. Ideo proponet vobis d. superattendens formam vivendi eamque de scripto praeleget, quam vos et diligenter audire atque reverenter suscipere debetis.“ Istius reformationis summa

fürst erwiderte ziemlich ärgerlich am 1. Mai 1536, und bat schließlich den Herzog, „bis auff ein gemein frei cristlich Concilium, welichs die Romische Key. Majestät . . . zu furderenn itzt inn gnediger Bemuhung sein soll, die Sachenn . . . beruhen und sich gegen den von Sost zu Ungnaden nit bewegenn zu lassenn“. Gleichzeitig legte er den Soestern, die sich wiederholt an ihn gewandt hatten, nahe, in ihrem Widerstande zu verharren. Akten im Stadtarchiv Soest und im Ernestinischen Gesamtarchiv a. a. O. Vgl. auch Rothert S. 96. — Bei den Weimarer Akten liegt auch eine Kritik der klevischen Erklärung zur Kirchenordnung von den Soester Prädikanten, die Stellen über die Erwählung der Prediger, die Messe, die Kommunion unter beiden Gestalten, die Beichte, die Fasten und das Klosterleben betreffend, und ein Gutachten von Spalatin und Myconius über dieselbe Erklärung.

¹⁾ Vielmehr ein Beutel, der einen Brand, zwei Steine und ein faules Ei enthielt. Vgl. Jostes S. 36 f.

²⁾ Im Folgenden liegt wieder, zum Teil fast wörtlich, die „Denkschrift“ S. 276 zu Grunde.

haec erat¹⁾, ut pie, sancte et honeste viverent, item abolita superstitione tantum aliquot psalmos Davidis canerent, veluti in ordinatione praescriptum esset, deinde abrogata fornicatione et vita concubinaria matrimonium inirent vel caste in coelibatu viverent absque offendiculo, tertio, ne quisquam monachorum, canonicorum, vicariorum vel nonnarum ordinationi susceptae reclamaret.

Hanc²⁾ a superattendente propositam reformationem an velint suscipere, quaerit a pontificiis praedictus consul, et simul iurare in audita et praelecta scripta cum ipsis, ut ita tandem pax, concordia et tranquillitas possit restitui urbi et reipublicae et omnes, hoc est senatus uterque, tribuni, cives, concionatores et collegiati simul concorditer, commode et honeste vitam in urbe Susatensi transigerent. Hic illi omnia illa proposita cum certa obligatione et promissione susceperunt observanda et ita dimissi sunt.

Postridie³⁾ revocatos a senatu orat eos superattendens, quoniam consenserint in unam religionem, ut igitur dignentur venire in templum, quo possint confirmari in pio proposito et ita quoque innotescat toti ecclesiae collegiatorum consensus cum concionatoribus et omnibus piis in vera doctrina initus. Sed cum id fieri debebat, isti canonici plerumque omnes et praecipui vicarii auferunt et aliqui Coloniam, aliqui in vicinas se receperunt urbes.

Sed mirum in modum literis et verbis traduxerunt Susatenses tam in aula archiepiscopi Coloniensis quam ducis Clivensis Johannis et contra proprium iuramentum blasphema et varia mendacia de ipsis commentati sunt. Pro⁴⁾ his igitur minaciter recipiendis et suae religioni restituendis scripsit Johannes dux Clivensis et Juliacensis. Mox responderunt suo principi demisse senatus, cives et tribunitia potestas ipsos quidem canonicos et monachos iam antea confessos esse, quod nihil in doctrina evan-

¹⁾ Die „Artikel des Superattendenten“ vom 24. März 1533 sind abgedruckt bei Jacobson, *Urkundensammlung* S. 17 und Jostes S. 320 ff. Hamelmann gibt aber den Inhalt sehr mangelhaft wieder, vielleicht weil ihm der wirkliche Wortlaut nicht bekannt war.

²⁾ Das Folgende ebenfalls nach der „Denkschrift“. Vgl. Jostes S. 37 ff.

³⁾ Desgleichen.

⁴⁾ Das Folgende nicht mehr nach der „Denkschrift“, sondern wie es scheint, von Hamelmann oder seinem Gewährsmann nach dem Voraufgehenden selbst komponiert. Ein neuer Gedanke ist wenigstens nicht zu finden.

gellii reprehenderent, sed eam veram esse confiterentur, nihil quoque eis impositum aut iniunctum esse, quam ut de propria ipsorum confessione viverent^{a)} evangelico more hac solum de causa, ut concordia retineretur in urbe Susatensi. Ipsos igitur non aliter aut alia conditione recipi posse, quam ea, in quam ipsi consenserant antea, ut^{b)} videlicet cum omnibus incolis receptam ordinationem et confessionem Augustae Caesari exhibitam a quibusdam imperii principibus comprobarent.

Eodem anno¹⁾ die Mercurii post festum paschatis²⁾ excitatus est tumultus in oenopolio, quo die solent elocare libras civitatis (de wage), a quinque civibus propterea, quod olim illo tempore fuissent cives liberi a solutione et immunes convivae, nunc vero a singulis solutio exigeretur vini praeter morem. Nomina illorum haec erant: Joh. Schachtorpius fullo, Johannes Armersterus, Johannes Jacobus³⁾ sartor, Georgius Petrus⁴⁾ et Johannes Dyricius⁵⁾ sartor, quorum posterior fuit praecipuus autor istius motus, qui primo morosius austeris verbis adoritur urbis et aerarii quaestorem Johannem Cubeckium^{c)}. Post illum coeperunt alii quatuor quoque iam vino calefacti paululum immoderate agere.

Quamquam nemo ex omnibus convivis in illa confusiuncula laederetur aut vulneraretur praeter Johannem Dyricium, qui nonnihil incommodi sensit in uno digito, tamen clam hoc agunt capita urbis imprimis atque urgent, ut nunc animadvertant in Schachtorpium, cui imprimis infensi erant propter evangelii promotionem ab ipso valde adiutam, et quod crederent eum prioribus ob religionem tumultibus aut interfuisse aut consiliis et occasione clam praefuisse.

a) *B und W*: venirent. b) fehlt *B und W*.
c) *B und W*: Cabeckenum.

¹⁾ *Die folgende Erzählung des Wirtshausstreites und des „Maitages“ beruht durchweg, stellenweise sogar fast wörtlich auf den „Soester Geschichten des Jahres 1533“ bei Cornelius Bd. 2 S. 304 ff., nur ist sie noch mit Reden und Betrachtungen ausgeschmückt, und die Auffassung, daß Schachtorp ein Opfer des Evangeliums gewesen sei, wird noch stärker betont als in der Vorlage. Vgl. über die Vorgänge selbst Jostes S. 41 ff. und Rothert S. 88 ff., die sie verschieden beurteilen.*

²⁾ 16. April. ³⁾ Joan Jacobs. ⁴⁾ Jorgen Peters.
⁵⁾ Johan Dirikes.

Ideo tandem die Martis post dominicam Misericordias Domini ¹⁾ vocatur senatus uterque [et] tribunitia potestas utriusque lateris. In illorum congregatione graviter exaggeratur ille tumultus. „Quid iam inde futurum sit, cogitate,“ inquiunt consules, „si haec ita feramus deinceps; nullum amplius posthac licebit celebrare convivium aut conventum. Vidistis, quoties iam huiusmodi tumultus sint excitati.“ Jam enim putabant iustam causam consecutos, ut tumultuatores punirent, postquam isti ^{a)} quinque non religionis, sed exiguae pecuniae causa talem motum excitassent, quoniam propter priores tumultus propter religionem ^{b)} excitatos neminem punire audebant propter plebem. Ita demum communi suffragio statuitur *W 1105.* illos omnes gravius plectendos caeteris civibus in terrorem.

Et cum iam huic decreto interfuisset ut unus ex ordine tribunitio Schachtorpius, ingressus domum suam mox promptam pecuniam tradidit marsupio et exire urbem cogitavit, verum interim aliud mox mente solvit consilium, videlicet tale: „Quodsi semel exieris urbem, nunquam forte in eam redeundi potestas concederetur. Si igitur maxime capiaris, poteris te aliqua summa pecuniae redimere.“ Nam nihil minus cogitavit quam supplicium fore capitale. Ita bonus vir sua opinione et simul aliorum, quos super hac re consuluerat, persuasione seducitur.

Die enim sequenti, qui fuit Mercurii ²⁾, capiuntur praedicti quatuor cives, sed Schachtorpius primum die Jovis. Die autem Veneris ³⁾ fit frequens senatus et colliguntur tribunitiae cohortes summo mane. Ibi post longam deliberationem tandem concluditur ipsos illo die capite plectendos. Erant multi etenim ex procerum ordinibus valde infensi doctrinae evangelii et eius promotoribus, ex quibus praecipui hi quinque erant, imprimis vero Johannes Schachtorpius reliquis ditior et celebrior, et sane illi ipsi inter ordines praedictos pontificii, qui cupiissent omnes evangelii promo-

a) *B und W*: illis.

b) *B und W*: propter religionis causa.

¹⁾ 29. April. Die den „Geschichten“ entnommenen Daten stimmen übrigens nicht ganz. Es war vielmehr der 24.

²⁾ 30. April. In Wirklichkeit wurden die Schuldigen am Montag, 28. April verhaftet, aber gegen Bürgschaft wieder entlassen und erst am 1. Mai wieder vorgeführt.

³⁾ 2. Mai (ist richtig).

tores ita potuisse e medio tolli. Sed cum in omnes se ita vindicare non possent, nunc saltem suum rancorem et acerbitem in hos arrepta vel oblata occasione declarare videbantur.

Mox illud decretum indicatur captivis, ut si quid vellent adhuc in conscientiae causa aut in rebus oeconomicis constitutum, id breviter perficerent, mox enim se iudicio capitali sistendos et forsitan capite plectendos. Haec sententia et illos et concionatores et totam urbem valde terruit. Captivi igitur celeriter curant advocari duos evangelii doctores Johannem Molnerum Burensem et Johannem Kelbergium et cum his contulerunt de conscientiae rebus et quae in oeconomia de uxoribus fieri petebant, a quibus laeti etiam consolationem de vera in Christum fiducia et de ea morte patienter ferenda accipiebant, dehinc confessi delicta accepta iam absolutione reverenter accipiunt eucharistiam et ita sese patienter in Christo ad mortem praeparant.

Tandem vincti producuntur coram tribunali, quod senatus et tribunitia potestas (quoniam et isti in ordinibus plerique omnes erant pontificii) civibus armatis cinxerant, sed iis tantum, quos sciebant papales esse et valde inimicos evangelii doctrinae. Hic petiverunt vincti prostrati et supplices a iudice et senatu veniam
W 1106. sui delicti et vini calorem conquesti fatentur a se quidem tumultuose acta, quae deberent vino et ebrietati assignari; horum se nunc valde poenitere. Praetendunt quoque tunc in illa turbatione nullum hominem fuisse laesum. Tum etiam multi pii viri et honestae feminae iam aliquoties tentaverant pro eis intercedere. Sed illi nihil aliud responsi tulerant, quam ipsis moriendum esse. Ibi coram iudicio exaggeratur^{a)} motus in magistratum excitatus ab illis quinque, qui ibi ita accusantur, quasi obliti^{b)} evangelicae doctrinae „Qui magistratui resistit, Dei ordinationi resistit; non frustra gerit gladium“, etsi titulotenus hactenus evangelicos se nominaverant, reos ita sese fecissent capitalis sententiae atque crimen laesae maiestatis commisissent. Ipsi iterum deprecantur supplices veniam. Verum Schachtorpius cum videret se cum sociis frustra orare pro delicti venia, prorupit in haec verba: „Scio multos esse Susati, qui saepe plus deliquerunt et sane nonnulli forte inter eos, qui

a) *B und W*: exaggeratus.

b) *B und W*: oblita.

nunc de nostro sanguine pronunciant in magistratu, quam nos, et tamen tam severa nec in eos nec in quemquam, qui nihil de ipso facto tentavit nec violenter cuiquam nocuit nisi forte verbis, lata est sententia. Et quia ^{a)} vos evangelicam, quae vobis inservit, contra nos sententiam profertis, cogitate quoque evangelicum esse dictum „Estote misericordes sicut et pater vester, Remittite et remittetur vobis, Omni petenti remittite.“ Imo omnes illi quinque cum cognoscerent se morti adiudicari, expostulant cum iudice et de iniquo iudicio conqueruntur palam. Ideo illorum querimoniis lacrymae multorum oculis excutiuntur, et magnus auditur fletus, sed contra magnus pontificiorum civium armatorum et senatorum et tribunorum fremitus.

Ut tamen viderentur recte in iudicio procedere pontificii, legitur ibi palam confessio, quam emiserant in tortura hi vincti, ubi inter alia profertur, quomodo confessi essent, quod ex privata confoederatione et malo proposito et studio atque de consilio prius inito ita tumultum excitaverint. Itaque nunc frustra eos effugia quaerere, quasi id ebrii fecissent calore vini permoti. Sed hic omnes illi quinque unanimiter conqueruntur misere, id sibi multis propositis quaestionibus et magnis cruciatibus extortum esse. Alioquin id fatentur ex nulla praecedente praesumptione factum fuisse nec ullo studio ipsos ita tumultuose egisse, si tamen huiusmodi strepitus certis de causis prolatus et tantum voce et clamore peractus dici deberet tumultus, sed ebrios aliquantulum ex non usitata et immodica vini potatione, ad quam non fuerant assuefacti, imprudentius et importunius sive incivilius aliquid egisse, quod ip- W 1107.
 sos etiamnum hodie male haberet. Ideo tertio orare supplices per Christum veniam. Si vero ea non posset impetrari, quia viderent omnia ad supplicium ornata et nullam invenire posse gratiam aut misericordiam, se ^{b)} patienter laturos mortem, cum Christus piissimus et purissimus pro ipsis sit passus. Interim admonent iudicem et assessores et reliquos ex senatu et tribunos hinc instantes vel equites, ut ipsi videant, an recte iudicent. „Dominus autem“, ait Schachtorius, „vobis ^{c)} ignoscat, si quid ex privata invidia in hac causa contra nos ex vobis proficiscitur.“

a) *B und W*: qui.b) *B und W*: sed.c) *B und W*: nobis.

Lata mortis sententia in forum producuntur. Ibi conversus Schachtorpius ad plebem, ad cives, ad pias matronas multis profusis lacrymis et ploratu eorum casum deplorantes „Etsi“, inquit, „optimi fratres et sorores, saepius peccavimus et mortem tam temporalem quam aeternam promeriti sumus, tamen in Christum credentes ab aeterna redimuntur. Verum de temporali sic loquitur scriptura: ‚Quaecumque morte praeoccupatus fuerit iustus, tamen est in manu Dei et quiete fruitur.‘ Item ‚Beati mortui, qui in Domino moriuntur amodo‘. Interim nos vincti non scimus tam grave delictum nos commisisse, ut propterea a magistratu mortem commeriti essemus, sed propter doctrinam evangelii ita potissimum nobis et imprimis mihi infensi plerique, qui rerum potiuntur, fuere et quaesivere causam. Jam illam adepti, ut ita me et hos socios morti tradant, volumus alacriter in Christo mori. Ideo etiam lubenti animo audiemus in hoc nostro agone consolationem a veris Christi ministris et evangelii doctoribus, quos hoc exitu ita appellamus et vocamus testamurque. Ut vero nunc videant adversarii, qualem adferat morituris consolationem doctrina evangelii, quae hic sonat, et nos esse in Christo bene animatos, quod in nullo papista morituro consideratur, atque ut quoque videatis, vos pii fratres et sorores, nos ita nostra morte et pacata conscientia discedere ex hac vita, vobiscum alacres iam canemus suavissimum Simeonis cantum ‚Myt freden unnd frouwden Ich fahr dahren‘.“ Hic breviter ad plebem valde plorantem et ad illos morituros habuere uterque concionator gravem orationem eamque brevem, sed consolationem suavam, qua finita praecinunt concionatores et omnes canunt praedictam cantionem „Myt freden unnd frouwden“, quam etiam alta voce unanimiter necandi comprobant.

Et iam cum carnifices, quorum ibi duo erant, dicerent „Quis vestrum vult primo collum feriendum exhibere?“, ibi omnes quidem
W 1108. aequae prompti erant et alius alio paratior. Tandem Schachtorpius inquit: „Ego primus fui productus ad iudicium, merito quoque ego primus supplicium subeo. Valete igitur omnes in Christo, cui me commendo.“ Detracto igitur indusio cum sederet, carnifex properat ad mactationem, et cum vellet ei amputare caput ex decreto iudicii, ferit eius dorsum, ex quo vulnere cadit Schachtorpius in terram graviter quidem laesus, sed non ei caput aufertur ictu.

Itaque alter carnifex apprehendit caput Schachtorpii, ut ovis, quae mactatur, corripitur solet, quod ipsi et alter volebat ita abscindere. Ibi mox ita ab altero carnifice erectus, ut feriretur iterum, Schachtorpius vinctis quidem manibus mirabiliter apprehendit gladium acutissimum eumque tenet tanta fortitudine, ut uterque carnifex coniuncta opera hoc ei ex manibus eripere nequiret. Illi vero pessundando vinctum et vulneratum atque ipsum verberando et trahendo multum laborarunt, interim is apprehensum semel gladium noluit dimittere. Ideo desistere coeptis isti cogebantur carnifices. Is mox dentes ligaturae adhibuit et funem manibus circumdatam dentibus contrivit. Solutis manibus, quia iam alter alium gladium evaginatum, quo Schachtorpium adhuc ferire iterum praesumebat, proferebat^{a)}, interim is vibrando et movendo gladium carnificibus ereptum adeo movit circa caput et ita sese defendit, ut ictum facere non auderet alter veritus tertiam ignominiam. Postremo voluit prior carnifex evaginato pugione cor eius pungere, sed ibi strepere coeperunt cives hoc impediens, et quod ille subinde lamentabiliter protulerat rauca voce et repetierat se iam tertio quidem iudicio capitali satisfacisse et tamen adhuc nondum liberari, iam magno clamore idem quoque saepius asserunt astantes. Inter istam tamen luctam et pugnam mole sua et pedibus misere ita pectus et intestina ac pudenda Schachtorpii laeserant carnifices spectantibus senatoribus et civibus pontificiis, qui in armis erant, ut postridie non tam ex illo vulnere, quam ex coagulato sanguine periret.

Verum cum viderent iustum Dei iudicium et audirent fremitum civium astantium, etsi multi eorum in armis essent, tamen omnes terrentur. Ita iam quoque territi quaestores urbis mandant carnificibus, ut desistant. Satis enim esse, quia aiunt ipsum Caesari iurique Caesareo satisfacisse, ipsumque liberum pronunciant. Alii vero quatuor iam quoque morti adiudicati reducuntur ad carcerem.

Schachtorpius tamen dimittere, licet interpellatus, ereptum carnificibus gladium noluit, sed retinens eum in manibus ab aliis piis domum suam defertur, ubi mox adhibuit vulneribus dorsi^{a)}

a) fehlt B und W

W 1109. et manuum digitorumque medicum chirurgum speravitque se posse sanitati restitui. Restitutum vero dixit se aliquando coram civitatis principe acturum contra Susatenses et simul allaturum gladium ita legitima victoria partum, quod profecto bonus vir, quia vulnera nulla letalia habuit, fecisset, nisi ita pressus fuisset et pessundatus, qua violentia pectus, pudenda et intestina ei omnino lacerata et rupta erant adeo, ut alterius diei mane ex sanguine coagulato extingueretur moriens in Domino. Is fuit dies Sabbati ¹⁾.

Profecto constantia et animositas est maximopere praedicanda in eo homine, quod etiam in mediis mortis periculis et ultima hora eum induisset animum. Sancti autem martyris corpus defertur hora 5. pomeridiana ad coemiterium, et funeri vel loculo sive feretro, cui inclusum erat corpus Schachtorpii, ut iusserat adhuc vivus, imponi gladium, quem carnificibus ipsis ademerat et quo verberatus erat, curat uxor. Ibi omnes pii tam viri quam feminae, non minus iuvenes, pueri et adolescentes, quam senes, anus et decrepiti viri, imo etiam homines, qui hastae inhaerebant claudi et simul multi ex pontificiis, qui hoc facto non leviter percussi erant et animo suo turbati, deducunt ad sepulturam funus, atque ibi talis hominum luctus, tot facies tristes et tot oculi mardentes lacrymis visi sunt, tot lamentationes, gemitus, suspiria ^{a)} et querimoniae auditaе, ut nunquam Susati antea talis et tam frequens fuerit peracta sepultura. Omnes tam pontificii quam evangelici etenim cupiebant victum et arreptum carnificibus gladium videre, adde quod plurimi iustum in eo casu Dei iudicium in adversarios invidia contra Schachtorpium ardentis et sanguinem piorum sitientes mirarentur et aperte dicerent frustaneos esse impiorum conatus ac ^{b)} irritos ^{b)}; hominem quidem proponere, sed Deum disponere. Alii lamentabantur propter durtiem et tyrannidem magistratus et impiorum, qui tam diu spectatores esse potuerant ad tot luctas et tam multas pessundationes et oppresiones, quibus erat miser ille suffocatus. Alii de ipsius constantia commentabantur. Nonnulli segnitiem plebis spectantis illam luctam, quod videlicet per dimidiam horam ita opprimeretur et debilitaretur martyr, et non prius carnificum conatus impediētis detesta-

a) *W*: suspicia.

b) *fehlt B und W.*

¹⁾ *3. Mai.*

bantur. Quidam de pontificiorum tyrannide, nonnulli de iniqua sententia iudicum inter se communicabant. Sed omnes casum et mortem viri deplorabant.

Eo ipso die post horam primam convenerant trecentae virgines et matronae virtute et forma praestantes cum concionatoribus atque simul ducenti cives morte et facto Schachtorpii commoti. Hi omnes pro reliquis captivis fiebant senatui supplices verba faciente superattendente. In gratiam quidem illorum sunt quatuor illi vita donati, sed ea lege, ut urbis commercio in perpetuum privarentur, quod etiam ipsi cogebantur iuramento promittere sequenti die Lunae proxima a dominica Jubilate¹⁾ coram iudice Theodoro Eslingo et sigillo iudicii comprobare et obsignare²⁾.

Postquam vero hic casus valde turbaret pontificios et confirmaret evangelicos, quoniam impiorum cruentum institutum non ita successerat, diu meditati sunt consules et senatores pontificii, quomodo aufugerent clam, quod etiam forte illorum mala conscientia dictavit, quia praesumpserant cives novo onerare iuramento. Id cum non ita succederet eis, ut speraverant, et interim plebs urgeret, ut cohiberetur petulantia sacrificulorum, quo nomine etiam iterum in oenopolio oriebatur tumultus in festis pentecostes³⁾, ideo ipsi aliud capiunt consilium, tunc praesertim, postquam viderent a suo principe Clivensi et Juliaco Johanne et simul comite Lippiensi Simone civitati vicinae Lippiae propter evangelii doctrinam itinera intercepta esse, ut nihil adferri posset commeatus in eam urbem⁴⁾. Id quoque existimabant futurum urbi Susatensi, in qua re cogitabant forte operam suam duci et principi suo navare.

Exeunt igitur⁵⁾ urbem die Iovis post diem Panthaleonis, hoc est, sexto⁶⁾ Iulii consules et quidam alii senatores deserentes suam

¹⁾ 5. Mai.

²⁾ Bis hierher nach den „Geschichten“. Das Folgende ist wohl nach den Angaben derselben Quelle S. 308 von Hamelmann oder seinem Gewährsmann ausgestaltet.

³⁾ Gemeint ist wohl die Versammlung bei dem Bierwirt Bernt, nach einem bei Jostes S. 44 Anm. 1 mitgetheilten Berichte am 15. Juli.

⁴⁾ Hier macht Hamelmann von seiner falschen Ansicht Gebrauch, der Herzog sei 1533 gegen Lippstadt vorgegangen (vgl. oben S. 337 Anm. 4).

⁵⁾ Das Folgende wieder nach den „Geschichten“ S. 308.

⁶⁾ Vielmehr 31. Dem Versehen liegt offenbar ein Schreib- oder Lesefehler (sesten statt lesten; in dem Abdruck bei Cornelius steht richtig lesten) zu Grunde.

stationem, qui equites profecti sunt in vicinam urbem Hammonem. Hic erant nomine tales: ex iurato senatu Johannes Esbeckius, Antonius Mengius consules, quorum posteriorem duo filii Detmarus et Albertus comitati sunt, Georgius Sluterus iudex, ex veteri autem senatu Johannes Gropperus (pater ¹⁾ Johannis Gropperi, iureconsulti et theologi, magni illius papistae, et trium fratrum doctorum Godfridi et Patroculi, iureconsultorum laicorum et coniugatorum, atque Casparis beneficiarii), evocatus a filio Johanne Groppero, et Albertus Grevenius cum filio Johanne, in iurato senatu pensionario et senatore, item Patroculus Bastwinderus, quaestor et senator urbis, Johannes Gresmunthius praefectus et Anthonius Dolphius senator. Illi, inquam, etsi triplici iuramento se obstrinxissent, videlicet et principi et reipublicae ac evangelii negotio atque causae, tamen deserentes officium fugiunt ad urbem Hammonensem.

Cum vero reliqui senatores utriusque senatus et tribuni plebis ab utraque ala permanentes in urbe olefacerent ita illos aufugisse, ne in posterum redirent in suum officium, scripserunt eis *W 1111.* primo petentes causam fugae, deinde admonentes eos sui officii et gravissimi iuramenti, tertio etiam obnixe petentes, ut ad suam stationem et gradum redire dignarentur. Ipsi iterum per literas respondent non fore eis tutum redire, quia iam dudum sibi insidias structas et quidem in eos conspiratum esse a multis asserunt. Sed oppidani petunt id probari et rotunde significant, si nominentur tales, in eos animadvertendum esse. Profugi ergo quendam assignant nomine Bernhardum Copum ²⁾ pincernam, qui verba talia effuderat. His literis acceptis citatur coram oppidanis adhuc permanentibus senatoribus et tribunis is Bernhardus, qui comparebat et se de istis criminibus honeste excusabat petebatque, ut certus dies et sibi et suis accusatoribus assignaretur, in quo se eis sistere posset, fore enim se paratum et ad defensionem et sui simul sufficientem defensorem. Ideo ei petenti aut absolutionem aut, si convinceretur criminis alicuius, damnationem, certus denunciatur dies, et quid in responsis dederit et quis dies ei assignatus sit, significatur profugis addita petitione, ut dignentur redire et suam ibi prae-

¹⁾ Die folgende Bemerkung hat Hamelmann eingeschoben.

²⁾ Der Name fehlt in den Quellen. Vgl. zum Folgenden die Briefe bei Jostes S. 377 ff.

sentis causam agere statuto tempore. Sed ad statutum diem etsi aliquoties vocati et tandem citati venire recusant profugi. Ideo Bernhardus ille ab intentato crimine absolvitur et innocens pronuntiatur. Tertio profugis iterum perscribitur, cum nemo ex ipsis advenerit, ut institutam accusationem contra Bernhardum Copum persequeretur, se coactos esse ratione iuris illum absolvere. Cum igitur eos (profugos) forsan vel falsus rumor vel varia quorundam relatio terruerit, se quidem (oppidanos) amanter adhuc petere, ut dignarentur redire omnes, etenim promittere ipsos debitum honorem et oboedientiam.

Sed quia ¹⁾ detinuit suum patrem Johannes Gropperus doctor Coloniae, qui etiam ibi permansit ad finem vitae ²⁾ et decreverat uxore mortua adhuc presbyterii gradum suscipere, sed impediabatur a filiis, qui nolebant appellari pfaffenkynder ³⁾, unde lector cognoscit, quod ipsos pontificios pudeat sui nominis et actionis ⁴⁾, ideo, cum Johannes Gropperus consul non rediret, puduit etiam alios redire. Ita omnes in exilio mansere voluntario.

Interim gravissimae accusationes per d. Gropperum et alios contra urbem et rempublicam Susatensem in aula Clivensi quotidie et diu multumque fiebant, quasi profugi essent vi eieci et aliquoties seditione commota ad hoc coacti fuissent, ut discederent, nec quoque propter tumultuantem plebem et disturbatam confusionem fore eis tutum redire ad urbem; sese similiter abhorre ab illa secta et haeresi Lutheranorum. Cum in aula etiam antea *W 1112.* suffudissent frigidum canonici et nunc profugi consules et senatores de eodem iam conquererentur, graviter succenset urbi Susatensi dux Clivensis Johannes et mittit ad oppidanos unum ex suis secretariis, qui diligenter causam eiectionis inquireret et Susatensibus indicaret principem inclementer et graviter admodum illorum ferre conatum ⁵⁾. Sed aliter instructus et de tota actione edoctus redit secretarius ad principem.

¹⁾ Die Quelle des Folgenden ist nicht mehr nachweisbar. Vielleicht sind die „Geschichten“ noch länger gewesen (Cornelius Bd. 2 S. 308 Anm.).

²⁾ Er starb am 9. Januar 1543 im 63. Lebensjahre. Vgl. W. van Gulik, Johannes Gropper, Freiburg 1906, S. 2 und 98.

³⁾ Nur von Hamelmann erzählt.

⁴⁾ Hamelmann war selbst ein Pfaffenkind.

⁵⁾ 1533 wurde der herzogliche Sekretär Heinrich von Essen zweimal nach Soest geschickt (Instruktionen vom 25. August und 3. September u. a. im

Istius secretarii relatione vehementi et deinde malo, quo^{a)} circumdati erant Lippienses oppidani¹⁾, cognito, terrentur et ad fugam adornandam excitantur adhuc tres senatores, qui quoque aufugiunt ex urbe Susatensi. Interim illi, qui permanebant, cum viderent de profugis reversuris nullam esse spem ipsosque nihil magis quam urbis interitum conari et spirare, sese collegerunt et novo iuramento sese mutuo obstrinxerunt²⁾ atque interim, cum similiter discerent variis calumniis et mendaciis diffamari et traduci a profugis oppidanos, non incommodum censebant, si istorum quoque vitia et maleficia colligerent et in unum conferrent³⁾, ubi inter alia politica multa et haec annotata erant, quod multos pios ignominiose tractassent propter doctrinam evangelii eosque immeritos, deinde quod quendam collegiatum Georgium Eppinckium propter susceptam doctrinam evangelii sua opera et suffragio iussissent privari sua praebenda et postea eundem persecuti essent⁴⁾, tertio, quod permisissent satrapae arcis Marckae prope

a) *B und W*: quod.

Ernestinischen Gesamtarchiv a. a. O., fol. 157 f. und 160 f. Die Soester antworteten am 8. September, jene hätten sich heimlich entfernt und wären zweimal bei ihren Eiden aufgefordert worden, zurückzukehren, hätten es aber nicht getan. „Dat wy dat woll moeten gedulden.“ — Vgl. auch den Bericht des Ratsprotokollbuches über den Tag zu Dinker (3. Juli 1534) bei Jostes S. 107 ff.

¹⁾ Vgl. oben S. 395 Anm. 4.

²⁾ Vgl. den Bericht des Ratsprotokollbuches bei Jostes S. 106.

³⁾ Diese Schrift ist mir nicht bekannt geworden.

⁴⁾ *Georg Eppinck war Inhaber einer praebenda minor am Patroklostift. Als er sich am 11. April 1527 als senior inter quatuor minores um die durch äen Tod Eberhards von Coestfelt erledigte praebenda maior bewarb, wurde er zurückgewiesen, weil er „in publica processione deportationis reliquiarum sancti Patroeli nostri se violenta manu contra personas ecclesie opposuit cum gladio extracto ex fagina et iterum saepius se opposuit intra ecclesiam et personas“ und deshalb mit der größeren Exkommunikation belegt war. Das Kapitel wollte sich erst in Köln erkundigen, ob es ihn zulassen könnte. Die Pfründe bekam nachher ein anderer (Staatsarchiv Münster Msc. VII, 6001; ich verdanke die Kenntnis des Aktenstückes Herrn Prof. Dr. Schmitz-Kallenberg, der es in seiner Arbeit über „Gropper und Soest“ mitteilen wird). Der Bürgermeister Gropper erscheint bei der Bewerbung noch als Freund Eppincks. Noch in demselben Jahre aber warfen ihm und seinem Sohne, dem Dr. Johann Gropper, Eppinck und sein Vater vor, sie wären diejenigen, „dey en dachten umb syn proven (Präbende) in dem munster tho brengen“. Es kam deshalb zum Streit. Eppinck versprach, sich dem Gericht des Offiziäls zu stellen (Stadtarchiv Soest LII, 15 Bl. 276^a und 279^a). Er starb am 21. August 1530 (Jahrbuch Bd. 14 (1912) S. 48 Anm. 2; Rothert beanstandet die Datierung altera Bernhardi mit Unrecht).*

Hammonem contra ius et privilegia civitatis et domini Susatensium armatam turbam adducere in pagum urbi addictum, ut inde evangelicum turbaret pastorem. Haec multaque alia, quae in hanc historiam non spectant, eo studio collegerant contra profugorum mendacia, ut defensionis capita ad manum haberent.

Interim manentes in urbe et novos consules et alios senatores in profugorum locum assumpserunt et inter illos Johannem Kubeckium ad officium consulatus, Johannem vero Holtium ad iudicii officium, viros evangelio addictissimos. Interim multis minis, literis, mandatis et scriptis contra illos egit princeps Clivensis et alii. Verum illi perstiterunt in sua sententia haerentes in spe et metu.

Anno 1534. prodiit et per plateas dispersum et valvis templorum et portis affixum ¹⁾ est ^{a)} acerbissimum scriptum sub nomine pasquilli vel Danielis a Soist rythmis Germanicis exaratum ²⁾, quod erat et in praecipuos evangelii promotores cives et concionatores, qui omnes ibi ordine recensentur, congestum, plenum omnibus convitiis et extremis calumniis, virulentia et blasphemia refer- *W 1113.*
tissimum. Simile scriptum eisdem formis et rythmis scriptum sub eodem titulo prodiit quoque postea anno 1537. ³⁾, et publicabantur haec scripta per typos ⁴⁾, quod tunc putabatur Groppe-
rorum opera factum esse ⁵⁾. Summa istius scripti erat, quod

a) *W*: et.

¹⁾ Das bezieht sich wohl nur auf einzelne Stellen, besonders die eingestrenten Lieder.

²⁾ Ein gemeine bicht oder bekennung der predicanten to Soest hrsg. von Jostes S. 111—230.

³⁾ Dialogon, ebenda 231—284.

⁴⁾ Über die Ausgaben vgl. Jostes S. 77 ff.

⁵⁾ Hamelmann beschränkt also die Patenschaft der Gropper (Jostes S. 60, Rotherth S. 97) auf die Drucklegung! Jostes hat es in seiner Ausgabe wahrscheinlich zu machen versucht, daß Johann Gropper auch der Verfasser gewesen sei, hat aber in der ADB Bd. 34 S. 539 seine Hypothese wieder fallen gelassen. van Gulik a. a. O. S. 35 ff. nimmt sie wieder auf. Irgendwelche äußere Beglaubigung ist nicht vorhanden, und das Dunkel scheint sich nicht lichten zu lassen. — Wenn K. Eubel, Geschichte der Kölnischen Minoriten-Ordensprovinz (Veröffentlichungen d. hist. Ver. f. d. Niederrhein 1), Köln 1906, S. 183, 290, 332 zu der längst aufgegebenen Autorschaft Gerwin Haverlands zurückkehrt, hat er sich die Sache zu leicht gemacht. Denn aus der von Vorwerck, Daniel von

essent seditiosi cives evangelici contradicentes magistratui, deinde quod concionatores plerumque essent apostatae et ex monachis facti Lutherani et sui similes uxores incestuosas^{a)}), videlicet nonnas, sorores et bigittas duxissent, multaque crimina, haereses et scelera in eo scripto piis civibus et concionatoribus affinguntur turpiter et mendaciter.

Sed quia haec est sors piorum, ideo aequo animo tulerunt¹⁾, quamquam anno 1534. ad primum pasquillum Danielis a Soest responderit gravissime Johannes Pollius Germanico scripto, quo omnes concionatores et cives, imprimis praedictum consulem et alios defendit²⁾. Appellat autem illud scriptum³⁾ noctuam, et de ea huiusmodi lusit epigramma⁴⁾:

Noctua, quid sero gemibundum succinis ore,
 Infaustumne audes prodere luce caput?
 Ah, misera et nuper tristi velata cuculla
 Nocturnosque ideo flebilis inter aves,
 Te natura iubet lumen vitare diurnum,
 Cum face collustras climata Phoebe tua^{b)}!)
 Praeterea futili quod te intrusere cucullae,
 Te gravat, infelix noctua, poena duplex.

a) *B und W*: infestuosas.

b) *A, B, W*: tuo.

Soest, Progr. Soest 1856, S. 24f. abgedruckten Urkunde geht unwiderleglich hervor, daß Haverland im Juni 1535 schon tot war, während Daniel noch 1537 das Wort nimmt. Auch ist die Identität des 1558 vorkommenden Seruin Hauer (Eubel a. a. O.) mit Haverland an sich schon unwahrscheinlich. Übrigens wird Haverland auch in einem Schreiben der Stadt Soest an das Kloster Klarenberg vom 3. August 1543 (Stadtarchiv Soest LI, 11) als tot bezeichnet.

¹⁾ *Sie haben sich im Gegenteil Mühe gegeben, den Verfasser zu ermitteln (Jostes S. 55 ff.) und hätten ihn gewiß gern der Strafe zugeführt. Mit ihrer Frömmigkeit war es übrigens auch nicht weit her.*

²⁾ *Rothert S. 98f. hat die ansprechende Vermutung geäußert, daß mit dieser deutschen Schrift die Überarbeitung des Kriegstagebuches des Bartholomäus v. d. Lake über die Soester Fehde (vgl. Chroniken der deutschen Städte Bd. 21 S. XXXI f.) gemeint sei. Dazu will nur nicht passen, was Hamelmann vom Inhalt sagt. Ist letztere Angabe richtig, so ist die Schrift leider verloren.*

³⁾ *D. h. das Gedicht des Daniel.*

⁴⁾ *Nur durch Hamelmann bekannt. Hamelmann scheint (Appellat autem . . .) sagen zu wollen, daß das lateinische Gedicht der deutschen Schrift beigegeben oder voraufgeschickt war.*

Quod natura tulit, facile est sufferre; cynaedi
 Quod monachi cogunt, est tolerare grave.
 Quid iuvat, infelix, mendaces edere rithmos,
 Quid caeca querulos fundere nocte sonos?
 Nil tua Susato vox est nocitura. Videto,
 Ne iugulo noceat vox male sana tuo.
 Urbs sermone Dei, claris quoque splendida gestis
 Sera cucullatae rostra^{a)} timebit avis?

Eodem anno 1534.^{b)} venerunt quoque illi octo concionatores emissarii a rege et suis ex urbe Monasteriensi Susatum, et hi ingressi urbem cum intelligerent senatum convocatum esse, recta se ad senatum conferunt. Ibi loquitur Johannes Thausenschurius propheta aitque: „Nos octo a patre ad vos, Susatenses, sumus missi, ut evangelium pacis vobis annunciemus. Ideo vos serio hortamur, ne patris mandato repugnetis.“ Respondit senatus post *W 1114.* brevem deliberationem et egit gratias pro oblato ipsorum ministerio dicens se iam istorum opera et ministerio non indigere. Habere etenim se idoneos concionatores, quibus sint contenti. Hic mox Thausenschurius deiecto pallio ad pedes consulis finientis sermonem coram omnium conspectu proicit aureum nummum continentem numisma et insignia novi regis in Sion in signum inobedientiae, quod oblatam pacem patris non suscepissent Susatenses. „Ecce ergo nos a vobis convertimur ad plebem, ut illis significetur patris voluntas.“ ait pseudopropheta, „et ita sanguis interim vestrae inoboedientiae redundet in caput vestrum.“ Hinc mox ad forum declinantes octo illi emissarii, ut ibi concionarentur, cum vix loqui incepissent, intercipiuntur a ministris et lictoribus urbis, qui ita vinculis traditi et torturae subiecti varia fatentur, de quibus egimus in Monasteriensi historia. Cum vero nollent admittere ullam admonitionem nec quoque euperent conferre cum concionatoribus, sed perstarent in sua sententia pertinaces, sunt gladio puniti¹⁾. Erant inter cives aliqui eis adhaerentes, sed

a) *W: nostra.* b) *fehlt B und W.*

¹⁾ Über das Auftreten der Wiedertäufer in Soest berichten ähnlich Kerßenbroch S. 719f. und D. Lilie (*Osnabrücker Bischofschronik = Osnabrücker Geschichtsquellen Bd. 2*) S. 245, während das Ratsprotokoll (bei Cornelius Bd. 1 S. 271) die Sache anders darstellt.

illi aut se abdebant aut diffitebantur errorem aut se continebant vel dissimulabant ¹⁾).

Anno 1535. rursum quaedam opuscula offerebantur concionatoribus, in quibus scriptum erat, quod multa Lutherus et eius discipuli concessissent, quae tamen piaculi loco haberentur apud concionatores Susatenses. Ideo sequi plane ipsos novum aliquod genus doctrinae, quale institutum fuit eorum, qui Monasterii turbas dabant, suscipere idque a nemine hactenus probatum. Sub isto quoque praetextu graviter denuo ad principem delati erant, qui iterum propterea toti urbi minaciter et graviter succensebat. Ideo omnes erant in summo periculo. Itaque ex communi deliberatione concionatores etiam de consilio pii senatus et civium mittunt articulos ²⁾ ad Lutherum et petunt eius opem atque consolationem. Hic mox Lutherus eis respondet prolixo scripto, quod exstat in Witebergensi tomo Germanico 12., Jenensi 6. ³⁾ (ubi legitur Brixius thom Werde, sed debebat legi Brixius tho Norde), cuius summa haec est: Se (Lutherum) quidem papae suam pompam et nomen indulgere posse, modo ille vellet evangelio suum quoque cursum relinquere. Verum cum id non fiat, se quoque non posse quiescere vel cessare, quin ipsum insectetur. Iam vero aliquid Augustae papistis concessum propter infirmos, sed ita, ut tamen corpus doctrinae verae et ipsius scripturae inviolabilis autoritas manserit *W 1115.* et maneat semper. Itaque hortatur Susatenses ministros et pios cives, ne terreantur, quod futilia et falsa a pontificiis obiciantur, cum habeant conscientiae testimonium, quod stent immoti in agnita veritate.

¹⁾ Vgl. Keller, *Die Wiedertäufer in Soest*, in: *Zeitschrift d. Ver. f. d. Geschichte von Soest und der Börde 1881/1882*, S. 45 ff.

²⁾ Gemeint sind die gefälschten und verstümmelten Artikel aus Melancthons „Consilium ad Gallos“ (*Corpus Reformatorum Bd. 2 S. 741 ff.*). — Hamelmanns Erzählung sieht aber so aus, als wenn ihm der Zusammenhang nicht recht klar geworden wäre.

³⁾ Dort ist abgedruckt die Flugschrift „Etliche Artikel von den Papisten jetzt newlich verfelscht und bösllich wider uns Lutherischen gerhümet sampt einem Brieve D. Mart. Luther an die Prediger zu Sost“, *der Brief neuerdings auch bei de Wette Bd. 6 S. 235 ff. und in der Erlanger Ausg. Bd. 65 S. 99 ff. Vgl. Luthers Briefwechsel hrsg. von Enders Nr. 2334 (Bd. 10 S. 262 ff.)*. Das Schreiben wird dort vor November 1535 gesetzt.

Quid tempore Interim acciderit Susati circa ministerium evangelii.

Ante tempus Interim cum in omnibus ecclesiis essent evangelici doctores, dominicis diebus pomeridiana concio fiebat in summo templo (den Munster) a superattendente, quae hodie fit in veteri ecclesia, in qua nunc ordine omnes concionatores docent ista hora. Sed quia ita tunc fuit pulchra harmonia inter ministros, et usque ad haec tempora mediocriter tranquille docuerant. Verum cum princeps mitteret eis „Interim“ librum¹⁾, libellus qui-

¹⁾ Eine aktenmäßige Darstellung der Einführung des Interims in Soest enthält der Band LII, 15 des Soester Stadtarchivs auf Bl. 464^a ff. Das erste Exemplar des Interims erhielt die Stadt am 10. Juni 1548 von ihrem Anwalt in Köln. Am nächsten Tage kam ein Mandat des Kaisers, es anzunehmen. Sie wandte sich an den Herzog von Kleve, der ihr riet, sich dem Kaiser gegenüber darauf zu berufen, daß sie sich nach ihm richten werde. Das tat sie auch am 25. Juni (A. v. Druffel, Briefe und Akten zur Geschichte des 16. Jahrh. Bd. 3 S. 122). Am 21. August verhandelten der Herzog und seine Räte zu Dinslaken mit Abgeordneten der Stadt Soest und bearbeiteten sie für die Annahme des Interims. Vor allem beschwerte man sich über Briccius: wy dat hyr her Briccius up sundach na sente Johannis oppentlich in der kerken up sodane Interim vam predickestoill [gesacht], et mochte wol syn ein Exterim edder bunte ko und ander mer worden, to dem ock up pawest und keyser als de hoge overicheit schentlichen gesmehet, dat hude des dages, wy sy sechten, K. May. by eventur selvest geyn wetten hedden. Am 29. August beschlossen Rat, Alter Rat, Ämter und Gemeinheit, man wolle im Münster und in den Klöstern „in der Religion und Gesängen wieder wie vor alters anrichten“ und Herrn Briccius das Predigen verbieten. Ehe aber der Bote, der dem Herzog die Antwort bringen sollte, zurück war, kamen schon der Marschall Dietrich v. d. Recke und Johann Smeling (vgl. oben S. 194 Anm. 1), um die Ausweisung der Prädikanten zu verlangen. Die Soester antworteten, sie wollten sich gehorsam halten und hätten Herrn Briccio nicht allein den Predigtstuhl verboten, sondern ihm auch Urlaub gegeben. Die anderen Prediger, zum Teil Bürger und Bürgerkinder, auszuweisen, falle ihnen beschwerlich. Sie sollten sich bis Martini des Predigens enthalten und möchten, wenn sie sich still verhielten, geduldet werden. Der Herzog schickte darauf den Sekretär Johann Lindemann mit der Aufforderung, die Prädikanten unverzüglich abzuschaffen, damit die neuen an ihre Stelle treten könnten. Die Stadt beschloß nun, daß sie in acht Tagen, bis Montag nach Crucis (17. September) fort sein sollten. Den Prädikanten wurde dies eröffnet, und sie willigten schließlich ein (Stadtarchiv ebenda Bl. 470^b). Am Gudenstag nach Lamberti (19. September) kamen die Räte des Herzogs: der Kanzler Johann Gogreve, Matthias v. Altenbochum (vgl. oben S. 232 Anm. 3), Heinrich Olisleger, Franz v. Loe, Dietrich v. d. Recke, Wilhelm Ketteler und Wilhelm v. Niggenhove (Neuenhof) nach Soest. „Und brachten mit sich den würdigen, hoichgelerten und erbaren herrn Johan Gropper hyr decken unnd

dem est oblatu concionatoribus et ordinibus civium, sed nulla adhuc mutatio fiebat.

anderen predickeren, de in de kereken bestalt solden werden.“ *Am 20. erschienen sie vor Rat, Altem Rat und Gemeinheit.* „Und wort den folgenden dach in dem Munster als up Sunte Mathens apostols dage (21. September) de alden gesenge und Ceremonien weder angefangen.“ *Die Verhandlungen dauerten bis zum Dienstag. Die Soester wollten an zwei Punkten festhalten: den deutschen Gesängen in den Kirchspielskirchen (neben dem Latein) und der Kommunion unter beiden Gestalten. Den ersten ließen sie schließlich fallen. Am 25. September kam endlich der Rezeß zustande (ebenda Bl. 474^a—477^a), den Jacobson, Urkundensammlung S. 23 ff. mitteilt. Es wurde u. a. bestimmt, „dat die predicanten, so in tyt der enderung oen furgestain, die syn dan inkomelinge, frembden ader borgerskinder, uith der statt und boerden mit oeren wuevern bleven, noch dieselvige of andrer derglicken wederumb angenommen und gestadet ader upgehalden werden sallen . . ., dat die rechte pastorn und ordentliche beroipen predicanten wederumb in oeren kereken bynnen der statt und boerden toegelaiten . . ., derglicken dat der gotsdienst mit den christlichen ceremonien nae insattung und herkommen der gemeiner christlicher kereken im munster, kerspelskereken und allen clösteren und gotzhueseren wederumb angericht und vortan gehalden und die cloester nae oerer beropingem, ein ider synes ordens und regels sich gemeef halden sullen, dat in latinischer spracken die hylige sacramenten, misse und andere goetliche amptere gehalden und die deutsche gesenge achterwegen blyven sullen . . ., dat die rait, alde rait, twelven ampts und gemeinheit . . . under den gesonden die beiderley gestalt anstain und berusten laiten wollen biß tho sent Martin neist kunftigh, . . . aver . . . den krancken . . . sall durch herrn Johan van Doersten . . . die beiderley gestalt in oeren hueseren biß daran gereicht werden mögen. — Am 15. Noverber kam der Herzog selbst nach Soest, und es wurde nach langen Verhandlungen am 28. Noverber ein neuer Rezeß mit 46 Punkten aufgerichtet (ebenda Bl. 489^a—493^b). U. a. wurde den Soestern aufgegeben, die Wedemhöfe (Pfarrhöfe) „ledig zu machen, wieder zu rüsten“ und den Pastoren einzuräumen, die Glasfenster in den Kirchen wiederherzustellen, Prozessionen mit Kreuzen und Fahnen, Versehgänge mit „geluchte und schellen“ und anderen Gottesdienst ungehindert und ohne Spott geschehen zu lassen, den früheren Prädikanten nicht zu gestatten, nach Soest und in die Börde zu kommen. Um die noch zurückgebliebenen Prädikantenfrauen war heftig gestritten worden. Soest weigerte sich, sie auszuweisen, weil der Winter bevorstehe und sie kleine Kinder hätten. Schließlich verpflichtete es sich doch, daß sie nach acht Tagen ihren Männern folgen und „nicht mehr binnen der stadt noch boerden van Soest kommen noch underhalden werden sullen“. (Der Herzog gab also nicht nach, wie Rothert S. 108 meint.) Im 46. Artikel heißt es: Nachdem ock de van Soest mynen gnedigen heren up syner f. g. gesynnen tho underdenigem gefallen bewilliget, under den gesonden der Communion under beiderleye gestalt biß to der nestkommeder kairwecken sich tho enthalden, doch mit den kranken vermoge des lesten affschesedes in dem vergangen maint September tho verbleven und syne f. g. gebeden, myddeler*

Ideo Johannes Gropperus hoc impetrat a Caesare, ut peculiari mandato sibi committatur, ut eam reformet ecclesiam iuxta doctrinam Interim, utque committatur duci Clivensi et Juliacensi Wilhelmo istius rei executio. Ita tandem venit Gropperus ad portas urbis Susatensis munitus et stipatus praesidio et potentia ducis Clivensis et Juliacensis Wilhelmi, verum ingredi noluit, quamdiu concionatores Susatenses non^{a)} essent eiecti. Haesit enim apud vestales collegii dicti Paradysus, quod non procul distat ab urbe. Ideo in urbe astutissime actum est cum evangelii ministris. Orabantur, ut exire dignarentur de mandato principis et cedere Groppero. Possent enim alibi paululum^{b)} latere, donec redierit ad suos Colonienses Gropperus. Tunc illos revocatos iri debere. Iam vero aliter fieri non posse. Hi autem, quamvis inviti a suis ovibus dimoverentur, tandem tamen persuasi urbem egrediuntur¹⁾. Et quamquam promissio ipsis esset facta in urbem redeundi, tantum discederent modo in gratiam principis id severe mandantis, tantum tamen abfuit, ut illis redeundi potestas sit permissa, ut etiam eodem die sub vesperam eorum uxores urbe similiter excluderentur et eicerentur²⁾. Quid dico urbe? Omni Susatentium territorio et iurisdictione, adeo etiam severe, ut si quis ex pagis Susatensium illas hospitio suscepisset, gravissime mulctatus sit postea! Imo dicitur etiam rusticus quidam suam filiam, quae erat cuidam concionatori elocata, in unam noctem excepisse eamque ab causam a senatu mulctatus^{c)} esse³⁾. Et quod magis est, sunt etiam eiectae

a) fehlt B und W. b) B und W: eos. c) A, B, W: mulctatum.

tyt der Kay. Majestät up dat bewechlichste dairumb to versoken, dat dairin den beswerten gewissen sunder geferlicheit geholpen werden moge, wu dan oock syner f. g. myt gnaden geneiget, bey der Key. Majestät mogelichen vlyt vorthowenden . . . (Vgl. über die spätere Behandlung dieser Frage Rothert S. 109 ff.) Die übrigen Bestimmungen betreffen die Besetzung der Benefizien und Stellen und die Renten und Einkünfte der Geistlichkeit.

¹⁾ So dramatisch, wie es Hamelmann hier darstellt und noch van Gulik S. 29 und Rothert S. 106 ihm nacherzählen, ist es nicht hergegangen, und die Entlassung der Prediger ist auch nicht auf wenige Stunden zusammengedrängt worden. Vgl. die vorige Anm.

²⁾ Auch das ist so nicht richtig. Als der Herzog im November nach Soest kam, waren noch mehrere Prädikantenfrauen da. S. oben.

³⁾ Nach Rothert S. 106 der Schulze zu Ellingsen, der seine Tochter, die Frau des Prädikanten zu Dinker, aufnahm. Es handelte sich wohl um die Durchführung des Rezesses vom 28. November.

uxores concionatorum nonnullae, quae in puerperio erant. Ibi *W 1116*. miserae mulierculae suam suppellectilem tam subito transferre non potuere, multa eis distrahebantur, multa peribant, multa clam auferebantur. Ibi cum parvis liberis vagari sub noctem bis misere cogebantur, etiam sollicitae de maritis, quos alibi timebant intercepti ab adversariis. Certe illa truculenta eiectio multis piis excussit lacrymas, et multi condolebant, sed nemo propter metum audebat fere hiscere vel eis opem ferre. Ita ab omnibus derelictae erant.

Remotis autem piis viris concionatoribus et turpiter eiectis ipsorum uxoribus, istis, ut dixerat Gropperus doctor, scortis, quia haec omnia de ipsius consilio fiebant, ingreditur urbem¹⁾ sciens iam neminem esse, qui suum institutum vel impedire vel eidem contradicere posset, etsi postea gloriaretur ille et omnes pontificii, quare aufugissent concionatores et non mansissent, ut cum ipso disputassent. Sed facilis est responsio: ne quidem Gropperus ingredi voluit urbem nisi istis amotis. Deinde saepe dixit: „Ita fiet et fieri debet. Nam hoc vult Caesar, princeps Clivensis et ego.“ Ideo ibi stetit pro ratione voluntas. Is potius eos ad placidum vocasset colloquium. Sed ille putabat se nunc vindicem manum patriae adhibiturum esse.

Sunt autem hi ex urbe eiecti: Briccius Nordanus superattendens²⁾, qui quantus vir fuerit, ex una eius epistola ad Gerhardum Cotium scripta, quam hic subiciam, apparebit³⁾.

Optimo atque pio viro domino Gerhardo Cotio, ecclesiae Dei in Lemgo concionatori, suo in Christo fratri.

Gratiam, pacem et misericordiam a Deo, patre nostro, per Jesum Christum. Accepimus hisce diebus, charissime frater, valde

¹⁾ *Er kam am 19. September 1548 (vgl. oben). In dem Rezeß vom 25. September heißt es (Jacobson a. a. O. S. 25):* Ferner ist . . . afgekelt, dat der deken herr Johan Gropper . . ., so mit etlichen andern op oer begeren hier gebleven, vort die anderen canonichen . . . und alle andere geistliche standespersonen onbefairt, unbespott und sonder beswerniß by oen blyven, wonen und synn mögen. *Im Juli 1549 war Gropper noch in Soest (Stadtarchiv A IV, 4); seit September 1549 kommt er wieder in Köln vor (van Gulik S. 197, Reformationsgeschichtliche Studien und Texte hrsg. von Greving Heft 21/22 S. 127).*

²⁾ *Er wurde am 25. August 1548 vom Rate mit einem guten Zeugnisse entlassen (Rothert S. 106; vgl. auch oben S. 403).*

³⁾ *Den Brief hat Hamelmann wohl von Cotius selbst erhalten.*

triste nuncium, videlicet novum illud incendium novasque turbas per furiosos illos homines a principe daemoniorum obsessos anabaptistas apud vos exortas¹⁾. Accepimus, inquam, non sine magno dolore. Dolent omnes fratres, optime Gerharde, tuam tuorumque vicem. Dolent omnes pii pacem ecclesiae vestrae sublatam, quam vos^{a)} difficulter etiam multo labore et sudore vix restituere potestis, nec facile dictu, quantum doloris quantumque laboris ex^{b)} hac contagione anabaptistica ad omnes verbi ministros redibit, quae vos omnia, charissime frater, praesenti animo capescere decet pro Christi grege ex tam pestifera infectione redimenda memores illius apostoli „Attendite vobis et cuncto gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus episcopos ad regendam ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Ego enim [scio]^{c)} hoc, quod ingressuri sint post discessum meum lupi graves in vos non parcentes gregi.“ Ac o nimium veracem apostoli admonitionem nec cogitandum, optime Gerharde, haec de futuris esse interpretanda, quum coram (dolor) cernimus quotidie compleri! Verum tibi, imo^{d)} nobis omnibus cum apostolo dicendum erit^{e)}: „Nihil me movet neque vita mea chara est mihi ipsi, ut consumam cursum meum cum gaudio et ministerium, quod accepi a Domino Jesu ad testificandum evangelium gratiae Dei.“ Haec nostra, suavissime Gerharde, dispensatorumque omnium mysteriorum Dei fortuna, hoc nobis perpetuo cogitandum ac imo pectore seponendum, hac lege in hanc Domini nostri vineam conducti sumus, hanc crucem, optime frater, cum crucifixo et omnibus membris eius nos ferre maxime convenit, siquidem certus sermo „Nam si commortui sumus, et convivemus, si sufferimus, et conregnabimus“. Haec spes, mi Gerharde dilecte in Christo frater, reposita est in sinu nostro, quae nunquam in ullis adversis frangi nos sinet. Hanc spem iam dudum de vobis

a) B und W: nos. b) B und W: in.

c) Hinter enim ist in A und B für ein Wort Raum gelassen, aber nicht ausgefüllt. d) fehlt B und W. e) A: venit.

¹⁾ Über wiedertäuferische Unruhen in Lemgo 1538 vgl. Hamelmann in der Kirchengeschichte von Lemgo (W 1066). — Zur selben Zeit trieben übrigens auch in Soest Wiedertäufer ihr Wesen. Ihr Haupt war ein Prädikant Bernt. Vgl. Keller a. a. O. S. 51 und M. Lenz, Briefwechsel Landgraf Philipps mit Bucer T. 1 (Publikationen aus den K. Preuß. Staatsarchiven Bd. 5), Leipzig 1880, S. 50 Anm. 2.

omnibus concepi certusque sum in Domino vos magis (Domino propitio) perstituros, quam audeam sperare. Dominus vos fulciat roboretque in suam gloriam et ecclesiae suae aedificationem, Amen.

Insuper precamur tuam humanitatem omnes, humanissime Gerharde, ut pluribus etiam nobis significare velis reipublicae, tum etiam ecclesiae vestrae statum, tum, quibus initiis haec secta apud vos creverit, quomodo se gesserit, quibus legibus et ritibus usa sit. Nam sui dissimiles esse nemini dubium est. Aliud anabaptistae sapiunt Monasterienses, aliud Hollandi, aliud alii. Quare etiam atque etiam precamur te, frater, ne graveris perscribere, quos articulos maxime urserint^{a)} hi, qui apud vos has turbas movere, tum etiam, ad quantum numerum creverit synagoga illa malignantium, quae capita habuerit et quos principes secuta sit, et perstringere nonnullos nominatim illorum advenarum et peregrinorum, quos aufugisse percepimus, ut luce tuarum literarum detecti atque agniti e nobis pellerentur, ne nostram quoque turbent ecclesiam. His nostris tam piis tamque necessariis precationibus tuam humanitatem facile adnuere nihil dubitamus.

Superest, optime frater, de hac mulierecula, quae multum rogavit, ut eam tibi meis literis commendarem. Habet fortassis filiolum, quam ad servitium apud pios homines elocatam velit, *W 1118.* qua in re, ut illi adsis pro viribus, iterum atque iterum te rogo, frater. Salutant te tuosque omnes fratres. Salutat te tuamque comparem mea uxor quam officiosissime. Salutabis eam quoque meis verbis pro omni servitio olim in me collato. Vale. Anno^{b)} 1538., Octob. 4. Ut rescribas de omnibus per hanc mulierem, precantur omnes fratres.

Briectius Nordanus tuus totus.

Hic Briectius nomine Susatensis ecclesiae fuit^{c)} anno 1538.¹⁾ in conventu Smalcaldico et subscripsit etiam istis articulis²⁾ atque

a) *A, B, W*: urserunt.

b) *B und W*: Anno Domini.

c) *B und W (in A später getilgt)*: scripsit, qui etiam fuit.

¹⁾ 1537.

²⁾ Ego Brixius Northanus, ecclesiae Christi, quae est Susati, minister, subscribo articulis reverendi patris M. Lutheri et fateor me haec ita credidisse et docuisse et porro per spiritum Christi ita crediturum et docturum (*Das Ev. Concordienbuch hrsg. von J. T. Müller, 2. Aufl., Gütersloh 1908, S. 175*).

in ea confessione perstitit ad finem vitae. Monasterii cum ibi acriter pugnaret contra anabaptistas¹⁾, transtulit ex superioris linguae idiomate acta et disputata habita Argentorati cum Melchiore Hoffmanno in Westphalicam linguam et edidit in lucem anno 1533²⁾.

Hic inquam Brixius est eiectus, deinde et hi sequentes³⁾ reliqui concionatores: Hermannus Swavenus⁴⁾, Johannes Kelbergius⁵⁾, Johannes Frius vel Liberius⁶⁾, Antonius Kolthovius⁷⁾, Johannes Lemekenus⁸⁾ et quidam Wilhelmus, concinator ad s. Walpurgam in urbe Susatensi⁹⁾.

Ex dominio vel^{a)} territorio Susatensium^{b)} eiecti sunt Stephanus Hutinckhusius¹⁰⁾, Albertus de Dale¹¹⁾, Johannes Kramerus¹²⁾, Sibertus Knopius¹³⁾, Cyriacus Hornensis¹⁴⁾, Tilemannus Gerckenus¹⁵⁾, Johannes

a) *B und W: et.* b) *fehlt B und W.*

¹⁾ *Vgl. oben S. 38 ff.*

²⁾ Handelinghe in dem opentliken gespreke to Straßburg iungest im Synodo gehandelt, tegen Melchior Hoffman, dorch de prediker darsulvest, van veer vernemliken stucken Christlyker leer unde holdinge sampt getruwen dar-geven ock der grunden, dar up Hoffman syne erdommen settet . . . Gedruckt to Monster yn Westphalen uth bevell der Erberen unde Ersamen heren Borgermestern unde Raidt darselvest. etc. M. D. xxx iij. *A. E.*: Gedruckt to Munster up dem Honekamp, dorch Ludgerum to Ryng, Anno 1533. *<Hamburg StB>*. — *Die Vorrede des Brixius ist mitgeteilt von Cornelius Bd. 2 S. 356 f. Über das Original vgl. J. W. Baum, Capito und Butzer, Elberfeld 1860, S. 596.*

³⁾ *Vgl. zum Folgenden die Predigerlisten bei Sybel S. 66 ff. und 72 ff. und Rothert S. 188 ff.*

⁴⁾ *An St. Petri. Vgl. oben S. 383 Anm. 3. Als der Herzog am 16. November 1548 nach Soest kam, war er noch dort. Der Herzog, der seinen wirklichen Namen nicht kannte, nannte ihn Hermann v. d. Hamme (Rothert S. 108). Am 21. Juni 1549 bat er von Hildessen aus den Rat um seine Rückkehr, „angesein ik nu doch to minen alden dagen komme und mi dan umme der van Soest und des alden kerspels willen bemoet und uthgearbeidet“ (Jostes S. 184 Anm. 1).*

⁵⁾ *An St. Pauli.* ⁶⁾ *An St. Thomä.*

⁷⁾ *Vgl. oben S. 383 Anm. 8.* ⁸⁾ *An St. Maria zur Wiese.*

⁹⁾ *Er kommt sonst nicht vor.*

¹⁰⁾ *In Borgeln.* ¹¹⁾ *In Dinker (Rothert S. 199).*

¹²⁾ *In Westlarn.* ¹³⁾ *In Sassendorf.*

¹⁴⁾ *Cyriacus Custodis van Horne in Löhne.*

¹⁵⁾ *In Ostönnen (oder Meiningsen?). Ich halte ihn nicht für identisch mit Tilmann Menzel. Vgl. Rothert S. 199 und 204 ff.*

Hangolschenus^{a)} 1) et Georgius, concionator in coenobio Welver. Hi omnes turmatim et subito eiciuntur. Sed ipsis Dominus alibi et hospitium et locum prospexit.

Lubecae promovit ad conditionem ministerii Brixium²⁾ et Kelbergium³⁾ M. Hermannus Bonnus⁴⁾. Johannes Frius consequitur in Lunenburgica urbe conditionem⁵⁾. Is fuit Erasmi Rotodami convictor, vir doctus. Alii omnes partim in Holsatia, quidam in Dithmaria, alii alibi locum consequuntur.

Doctor Gropperus degens in urbe mox in collegio, ubi decanus erat, instauravit papistica sacra omnia et collapsa papalia renovat, imagines undique colligit et suis locis restituit, s. Patrocli, qui dicitur praeses et patronus summi templi et urbis, statuam ex armario, ubi multos annos bombardas et alias machinas bellicas instrumentaque custodierat, iterum in medium templi cum suo gladio, quem strictum tenet, collocavit, adductos quoque ex Colonia nonnullos sacrificulos, inter quos erat Johannes Kritius⁶⁾, quem ea lege secum Susatum adduxit, ut postea eum promoveret ad suffraganei Monasteriensis dignitatem⁷⁾, aliis parochiis praefecit.

Ipse⁸⁾ in summo templo gravissimas conciones habuit ad *W 1119*. populum, quibus eos hortatus est, ut doctrinae pontificiae se totos

a) *B und W*: Hangelschenus.

¹⁾ *Hans von Hanxlede in Neuengeseke, ehemals Kanonikus in Meschede (Jostes S. 28).*

²⁾ *Er wurde Diakonus an der Ägidiikirche in Lübeck und starb dort am 4. August 1557 (Jostes S. 50 Anm. 2 und K. H. Starcke, Lübeckische Kirchengeschichte Bd. 1, Hamburg 1724, S. 143 ff.)*

³⁾ *Kelberg (Kilberg) wurde in Lübeck Prediger an St. Marien und dann an St. Petri und starb am 2. September 1558 (Starcke ebenda S. 148 f.).*

⁴⁾ *Ein schönes Beispiel für Hamelmanns Art zu kombinieren: Briccius und Kelberg gingen nach Lübeck. Dort war auch Bonnus. Also hat Bonnus sie berufen. Aber Bonnus starb am 12. Februar 1548 (B. Spiegel, Hermann Bonnus, 2. Aufl., Göttingen 1892, S. 134)!*

⁵⁾ *An St. Lamberti (W 902). Er soll nach Bertram (vgl. oben S. 375 Anm. 9) S. 710 schon 1550 gestorben sein.*

⁶⁾ *Vgl. über ihn oben S. 52 Anm. 2.*

⁷⁾ *Er wurde „am hilligen Paeschawende“ 1549 zum Weihbischof von Münster ernannt.*

⁸⁾ *Die folgenden Erzählungen über Groppers Auftreten in Soest finden sich nur hier. Es ist möglich und wahrscheinlich, daß sie etwas ausgeschmückt sind.*

consecrent et librum „Interim“ suscipiant, nisi vellent venire in discrimen vitae et fortunarum. „Das wil Keyserliche Majestat, myn gnädiger Furst und Herr van Cleff und ich auch also haben und nicht anders.“ Haec aliquoties erant eius verba pro concione. Hortatus est etiam aliquoties pro concione, ut qui Lutheranae doctrinae studiosi essent adhuc, ad se^{a)} privatim convenirent. „Ego enim,“ ait, „facile illos in viam reducam et errores crassos ostendam, in quos per seductores illos imprudenter immersi sunt.“ Hinc quidam doctiores et peritiores allatis secum sacris bibliis venerunt ad Gropperum, sed nihil nisi vulgata pontificiorum argumenta audiebant. Ibi illi mox ex ipsis bibliis pleraque Gropperiana falsa esse docebant et sua in bibliis quaerentes aliter habere comperiebant. Sed cum eius sermonem non tamquam numen susciperent, respuit illos et dixit induratos esse haereticos.

Quam bene autem sibi conscius fuerit Gropperus, ex eo liquet, quod cum rabidus canis vagaretur passim in urbe, et cives hinc inde arreptis fustibus et baculis ac furcis aliisque armis qualibuscunque illum canem insequerentur, ut perderent, accidit, ut canis per summum templum interea, dum concionaretur Gropperus, cursitaret, civesque, ut interficeretur, vociferarentur, ipse vero Gropperus forte non videns canem de se putans ista dici, praesertim cum videret multos fustibus, furcis et armis procedere et prodire, ideo aegre e suggestu se proripuit et in munitum templi locum, qui chorus est, abdidit. Cum vero ad se rediisset, rogabatur a suis, qui hoc factum esset. Non quidem ad formam respondit, sed sic loquitur: „Sehet, schweiß ich nicht rodt bloidt?“ Adeo enim horrore percussus erat, ut, cum sudorem nativum et solitum abstergeret, putaret se sanguinem emisisse. Sed postea aliter edoctus, quia indigne hoc tulit et ad senatum ea de re graviter conquestus est, pudit hominem sui horroris. Tandem ille relictis ibi aliquot indoctis sacrificulis redit Coloniam¹⁾.

Duravit ita Susati papatus per septem annos, quo tempore misera vastatio et distractio plebis visa est.

a) *A, B, W*: ut se.

¹⁾ *Vgl. oben S. 406 Anm. 1.*

Tandem cives anno 1552. graviter instant apud senatum, quia Susati semper cives magis religionis verae studio promovendae tenentur, quam proceres, ut unus et alter eis concedatur evangelicus doctor, quo nomine etiam ipsi ad suum principem Clivensem Wilhelmum scribunt¹⁾ et saepius instant, ad quem quoque invitatus magistratus literas dat petens^{a)}, ut tranquillitatis causa unus mittatur. Mittitur igitur a principe ad initium anni 1553. vir senex Walterus nomine²⁾, qui cum esset praesens, nullum ei templum patuit. Aliquoties igitur inter cives deliberatio facta est interim aliis aliud dicentibus. Tandem unus quasi vaticinans dixit: „Optimi cives, simus contenti parvo quodam sacello³⁾ nec ullum templum invadamus propter adversarios, ne eis detur calumniandi occasio. Scio et vere scio fore adhuc ante meum obitum, ut excluso ab omnibus parochiis papatu citra ullum tumultum Christus oves suas sit recuperaturus et recollecturus per idoneos ministros in singulis templis.“ Quod quidem consilium sunt secuti, et istius viri vaticinium verum fuisse eventus docuit.

Walterus autem ille docuit in sacello et sacelli eiusdem horto. Et ibidem communicavit multos evangelii doctrina et sacramentis. Tandem anno 1554. peste moritur⁴⁾, quae ibi tum graviter grassabatur.

Eo mortuo dum vehementer laborant cives pro alio pio concionatore, ecce offertur Erasmus Wegenhorstius, quem ex urbe Lemgoviensi evocatum praeficiunt ministerio⁵⁾, qui aliquamdiu

a) fehlt B und W.

¹⁾ Die Bitten um Prediger fallen erst später (1553).

²⁾ Walter von Stollwyk aus Wesel kam vielmehr auf Veranlassung der Ämter und Gemeinheit. Er teilte schon Lütare (27. März) 1552 zum ersten Male das Abendmahl unter beiderlei Gestalt aus. Rothert S. 114f.

³⁾ Die Brunsteinskapelle.

⁴⁾ Er starb schon am 2. Sept. 1553 (Rothert, S. 116). Ein Entwurf zu einer Predigt an seinem Grabe im Staatsarchiv Münster, Kleve-Märk. Landesarchiv 129 I, fol. 62--64. Am 18. September befahl der Herzog dem Richter zu Soest (ebenda fol. 60), in Stollwyks Nachlaß nach wiedertäuferischen Büchern (genannt werden die „Restitution rechter und gesunder christlicher Lehre“ und der „Unterschied zwischen falscher und rechter Lehre; jene von Rothmann, dieser von Adam Pastor, vgl. oben S. 48 Anm. 1) zu suchen. Vgl. auch Rothert ebenda.

⁵⁾ Wegenhorst aus Hameln war 1535—1553 zweiter Prediger an Nikolai in Lemgo (W 1064). Am 16. September 1553 gab ihm der Lemgoer Rat das

solus docuit evangelium, aegrotantes invisit, sacramenta distribuit¹⁾. Interim eius consilio et multorum civium sententia pedetentim sine ullis seditionibus et tumultu omnes successive ecclesias et templa parochialia recuperant subditi, etsi semper visus sit senatus alienior a religione²⁾, quoniam aut mutabantur et se evangelio dabant, veluti Hermannus Coclaeus³⁾ fecit, aut ultro cedebant pontificii ex parochiis.

Interim collegiati canonici vehementer laborabant pro pa-

Zeugnis, „dat deselve ytzgemelter Erasmus eyne rhume tidt, also ungeferlich an die vifftten jair im predigampte gotliches wordes und uthdeilunghe der sacramenten nach christlicher insate in eynem erbaren . . . levende . . . by unß vor einer getreuwen dener sich gebrucken lathen“ (*Staatsarchiv Münster a. a. O.* 129 I, fol. 47). Wegen seiner Annahme gab es eine lebhaftere Korrespondenz mit dem Herzoge. Am 14. Oktober wurde Wegenhorsts Ausweisung befohlen. Der Rat hielt aber nicht nur an ihm fest, sondern verlangte wiederholt weitere Prädikanten (ebenda fol. 72 ff.). — Wegenhorst war nach den Akten zunächst Pastor an St. Pauli.

¹⁾ Am 2. Februar 1554 sandte der Herzog dazu den Friedrich Lemme, vorher in Schermbeck, Amt Dinslaken und deshalb auch Frederich van Schermbecke genannt. Er wurde an St. Georg angestellt. Schon am 17. Februar beschwerte sich Joh. Gropper über ihn und seine Predigten beim Herzoge, am 20. März nochmals, worauf er die Antwort erhielt, man wolle dem Unrat steuern. Auszüge aus Lemmes Predigt am Freitag nach Lätare und seine Predigt auf Judica liegen bei den Akten. Auch die katholischen Pastoren von St. Peter, zur Wiese und zur Hohne beschwerten sich über sein „predighen, leren, schreyen unde ruffen myth schmellicher angriffungh geistlicher und weltlicher, so sich gerne christlicher Iher unde der hyllichen kirchenordenunghe unde E. f. g. abscheidt gemeß halten wolten, dermaß, daß es greulich und schrecklich ist zu horen“. Im April wurde Lemme auch vernommen und auf früher von ihm zugestandene Artikel verwiesen. Aber am 30. April berichtete der Richter Schlüter über eine Predigt, die er nach dieser Vernehmung in der gewohnten Weise hielt. Akten ebenda fol. 86—130.

²⁾ Der Vorwurf ist doch wohl nicht berechtigt.

³⁾ Lepeler (Löffler) an St. Thomä. Vgl. über ihn oben S. 347 und schon Bd. 1 H. 3 S. 268. Die Angaben von Rothert S. 193 sind dahin zu berichtigen, daß L. auch in Lippstadt als Gegner der „Lutterei“ galt und sich nach dem Interim verhielt und von dort nicht Mönch in Recklinghausen, sondern 1555 als katholischer Pastor an St. Thomä in Soest angestellt wurde. In einem Bericht vom Dezember 1555 heißt es: „und will nit dienen, daß diesem pastor die verwaltongh der kirchen befallen werde, deweill er ein lichtferdigh person, der nit zo vertrowen ist“ (a. a. O. fol. 144). Am 7. Dezember 1555 wurde in einer Instruktion für eine Gesandtschaft des Herzogs nach Soest angeordnet, die Stelle solle mit dem Kaplan von St. Peter besetzt und „Hermann von Recklinghausen“ zur Resignation aufgefordert werden. Er ist aber offenbar bis 1574 gehalten worden (Rothert ebenda).

pistica religione retinenda. Ideo ipsis operam suam adhuc navarunt Antonius Bermannus ¹⁾ et Theodorus Werlensis ²⁾. Sed cum aliquae parochiae erant apertae evangelicis, instabant cives reliqui, ut, quod uni communioni ³⁾ concessum esset, alteri quoque concederetur. Ita sunt Bermannus et Theodorus exclusi ex parochiis ³⁾. Imprimis anno 1565. ⁴⁾ Bermannus accepto ^{b)} suae operae bravio, videlicet praebenda ⁵⁾, statim moritur.

Docuit autem in collegiata ecclesia usque ad annum 1567. Theodorus Werlensis ibidem beneficio donatus et sese evangelicis concionatoribus opposuit calumniis et mendaciis palam in concione prolatis. Ideo urgentibus tribunis non solum ei concio in posterum habenda interdicitur, sed etiam urbem exire iubetur. Ita quoque schola pontificiorum, quae aliquamdiu erat frequentior, occluditur ex mandato et instantia tribunorum ⁶⁾, et schola evangelicorum, quae iterum erigebatur circa annum 1558. ⁷⁾, floret, de qua postea.

W 1121. Fuerunt ergo primo Erasmo Wegenhorstio, qui me Hamelmannum sane libentissime collegam habuisset et primo ^{c)} ex ecclesia

a) *B und W*: in communi.

b) *B und W*: acceptae.

c) *fehlt B und W*.

¹⁾ Tönjes Bermann, Vizekurat Groppers an St. Petri (vgl. Reformationsgeschichtliche Studien und Texte hrsg. von Grevling H. 21/22 S. 127), seit 1554 Pastor daselbst (Rothert S. 118 und 188).

²⁾ Über ihn ist sonst nichts bekannt.

³⁾ Am 27. Februar 1563 wurde dem Bermann die Kirche zugeschlossen (Rothert a. a. O.).

⁴⁾ Er starb vielmehr im Mai 1563 (Rothert a. a. O.).

⁵⁾ Vielmehr wurde er bereits am 20. September 1549 von Johannes Gropper, „da er ein gelehrter, geschickter und fromer Mann ist“, für das Kanonikat des tags vorher verstorbenen Johann Hemmermann empfohlen (Kleve-Märk. Landesarchiv 129^a, fol. 17). Am 13. Oktober 1549 wurde er in der Tat vom Herzoge präsentiert (Staatsarchiv Münster, ebenda fol. 18 und Original von Patrokli in Soest Nr. 312). — Am 6. Juli 1549 hatte ihn Gropper auch für die Kapelle Mariengarten, auf die er gleichzeitig resignierte, beim Soester Rate präsentiert (Stadtarchiv A IV, 4).

⁶⁾ Das ist nicht richtig. Die Schließung der Kapitelschule wurde nicht durchgesetzt. Vgl. E. Vogeler, Geschichte des Archigymnasiums in Soest T. 1, Progr. Soest 1883, S. 7 ff.

⁷⁾ Am Freitage nach Severini (24. Oktober) forderten Ämter und Gemeinheit, daß wieder eine gute Schule errichtet werde, 1559 wurde eine Deputation eingesetzt, 1560 die Errichtung beschlossen. Vogeler a. a. O. S. 7 ff.

Bileveldensi et deinde ex ecclesia Lemgoviensi vocavit missis ad me duobus civibus cum literis, collegae fuere Thomas Niger¹⁾, Franciscus Westercateanus^{a) 2)} et Gerhardus Surckmannus³⁾. Sed cum forte controversia de levi causa incideret inter Erasmum et Franciscum, volebant sese interponere Thomas Niger et Surckmannus, sed propterea et Franciscus et Surckmannus sunt dimissi. Fuisset etiam et Thomas Niger dimissus, nisi eum in officio detinissent sui cognati, quia est civitatis filius.

Quomodo autem disposita sint ministeria, nunc breviter referam. Erasmus Wegenhorstius docet ad s. Georgium⁴⁾, Thomas Niger ad s. Paulum, Johannes Licaula in altis⁵⁾, „zur hoen“; Hermannus Coclaeus Recklinckhusensis, qui ex papistico concionatore factus est evangelicus et edidit grammaticam et pleraque alia, docet ad s. Thomam⁶⁾.

In parochia, quae a prato nomen habet „zur wese“, sub paucis annis multos ministros habuere cives. Ad eius ministerium mittebatur a principe⁷⁾ M. Hermannus Hollandus⁸⁾, artium magister

a) *H und W*: Westencatenus.

¹⁾ *Thomas Schwarze, 1555—1575 an St. Pauli (Rothert S. 117 und 190). Vertrag der Stadt mit ihm vom 1. Juli 1555 bei Jacobson, Urkundensammlung S. 26.*

²⁾ *Franz Gofler aus Westernkotten, 1557—1562 an St. Maria zur Wiese (ebenda 117 und 194). Vgl. auch oben S. 312.*

³⁾ *1560—1562 an der Hohne (ebenda S. 197).*

⁴⁾ *Bis 1576 (ebenda S. 191).*

⁵⁾ *Bis 1572. Vgl. über ihn oben S. 212 Anm. 3.*

⁶⁾ *Vgl. oben S. 413. ⁷⁾ Das ist nicht richtig (Rothert S. 118).*

⁸⁾ *Hermannus Petreius (Stein), artium magister, bacc. theol., vorher in Wesel (vgl. A. Wolters, Reformationsgeschichte der Stadt Wesel, Bonn 1868, S. 136 und 229 Anm.). Joh. Eisonck bestellt am 6. Dezember 1560 in einem Briefe an Joach. Westphal (Briefsammlg. hrsg. von Sillem, Abt. 2, S. 441 ff.) einen Gruß von ihm. Es heißt da S. 444: Salutatus te plurimum D. Hermannus Petreus Batavus, quondam concionator Wesaliensis, sed propter contentiones pomum, hoc est adiphoristicam vestem, nunc immerito ab officio suo propter constantiam suam amotus, vir sane propter summam eruditionem et eximiam constantiam felici aliqua conditione dignus. Mittit is ad tuam caritatem scripta quaedam postulatque de his iudicium tuum, ut si utilia iudicaveris aut tibi usui esse possint, apud te contineas aut utaris pro libitu. Si digna iudicaveris, quae imprimantur penes te, cupit relictum esse iudicium, saltem postulans, ut exemplar scriptum sibi remittatur. In Soest war er 1562—1564 (Rothert S. 195).*

et baccalarius theologiae, qui Wesaliae quoque evangelium docuerat, vir doctus et senex, cui mortuo succedit¹⁾ Johannes Merckius Erverveldensis, qui Hermanno sacellanus erat. Hic Merckius edidit scriptum contra vitium ebrietatis et ebriosos²⁾. Merckio anno 1566. mortuo succedit civitatis filius Antonius³⁾ Holscherus^{a)} Susatensis, qui statim anno sequenti moritur, et ei hoc anno succedit Johannes Sprengius^{b)}, quoque civitatis filius⁴⁾.

Ad veteris ecclesiae pastorum mittebatur postremo quidam Paulus⁵⁾ a principe Clivensi, veluti et antea ad eius ecclesiae ministerium missus erat Georgius Reulewinckel^{c)} Hammonensis⁶⁾.

Post Interim celebrem scholam erexit senatus ex multa petitione civium, et ei praefectus est M. Henricus Betuleius, vir artibus

- a) *B und H*: Holscherus. b) *B und W*: Spengius.
c) *B und W*: Keulewinckel.

¹⁾ 1564—1567.

²⁾ Nicht ermittelt. — Er schickte an Westphäl (vgl. die Briefsammlung a. a. O. S. 493f.) auch Conciones poenitentiales zur Drucklegung. Ich habe sie ebenfalls nicht ermittelt, und es ist fraglich, ob sie wirklich gedruckt sind.

³⁾ Nach Rothert S. 195 Johann.

⁴⁾ Sprenger 1567—1581 (Rothert ebenda).

⁵⁾ Vigelius, 20. Februar 1565—1573 (Rothert S. 118 und 188).

⁶⁾ Er muß mit Rewinkel (Rothert S. 189) und Riedt (ebenda S. 197) identisch sein. Am 7. Sept. 1563 erklärte sich „Jorgenn Rith, Vicarius S. Patrocli Münster bynnen Soist“ dem Kanzler Olischleger gegenüber bereit, die alte St. Peterskirche anzunehmen, aber als Pastor, nicht als Kaplan, als welchen ihn Rothert aufführt. Den Kaplan des verstorbenen Pastors (Bermann) namens Dietrich Nieschmidt wollte er übernehmen (Klere-Märk. Landesarchiv 129 I, fol. 183f.). In beiden Sakramenten, Taufe und Eucharistie versprach er, „laut beiverwarter Copeien E. L. mitgegebener verzeichnungh, in andern Dingen aber allein Catholischer weiß zu bedienen“. Die „Verzeichnungh“ lautet: D. Georgius Rith vult omnibus in sacro et aliis communibus ceremoniis uti, petenti cuique administrare communionem aequae sub utraque sicuti sub una specie. — Etiam, ubi infantes ad baptismum feruntur, cum exorcismis et reliquis piis ceremoniis et unctione libens baptizare. — Si vero quisquam cupiat actum aut verba baptismi vernacula aut materna lingua (propter astantes) ab eo pronuciari, vult etiam illa sic clara voce proferre, sed non alia quam consecrata aqua (quae in baptisterio templi servatur) ad id uti. Er macht auch noch einige Vorschläge, z. B. daß die Dominikaner und Minoriten an Sonn- und Festtagen wieder in St. Peter predigen möchten. — Weiteres ist aus den Akten nicht zu ersehen. Nach Rothert S. 189 war Rewinkel bis 1568 Kaplan an St. Petri und verließ ohne Aufkündigung sein Amt. Nach S. 197 war Riedt um 1552 bis 1558 an der Hohne, führte aber ein übles Leben.

et linguis excellenter doctus, qui antea scholis Tremoniensi, Essendiensi et aliis inservierat laudabiliter ¹⁾, cui inter alios correctores etiam erant primarii synergi Engelbertus Copius ²⁾, deinde Bernhardus Orestes ³⁾. Is vero suspectus de re sacramentaria dimittitur tandem, et in eius locum anno 1566. assumitur Bernhardus Orestes, Graecae et Hebraeae linguae peritissimus. Interim, dum ille ad regimen scholae Martinianae vocatur Brunswigam a doctore Morlino ⁴⁾, interea subit eius vicem M. Lubertus Florinus ⁵⁾. Sed revocatur Orestes a Susatensibus ad pascha instantis anni 1568. Infimae ibi classi praefuit Johannes Dorstenius, cuius pater per *W 1122.* multos annos ante Interim scholae praefuerat magna ^{a)} cum laude ⁶⁾. Cum ^{b)} doctissimus Orestes non posset redire, vocatur ad regimen scholae Moyses Hummersbachius Lemgoviensis ⁷⁾.

Ego cum ^{c)} viderem nimium pendere proceres Susatenses a theologia Jesuitarum Coloniensium, inscripsi eis et simul Hammomensibus vicinis anno 1563. opusculum, in quo commonstraveram falsitatem Jesuitarum Coloniensium commissam in ipsorum ^{d)} censura articulo 23., ubi eos hortor, ut propter animae suae salutem dignentur considerare ^{e)} falsitatem Jesuitarum male citantium scripturam et patres et illorum mendacia observare ⁸⁾, quoniam

a) magna cum laude *fehlt B und W.*

b) *Dieser Satz ist von Hamelmann später eingefügt.*

c) *W: dum.* d) *B und W: ab eorum.*

e) *B und W: diligenter considerarent.*

¹⁾ *Birckmann aus Venradt, 1546 oder 1547 Lektor der 3. Klasse in Dortmund, 1557 Rektor in Essen, 1560 Rektor in Soest, 1566 gekündigt, 1567 bis 1573 in Wesel als Nachfolger des Florinus, dann Rektor in Düsseldorf und sechs Jahre in Lemgo, 1587 Rektor in Lüneburg, dort 17. Dezember 1588 abgesetzt. Vgl. E. Vogeler, Geschichte des Archigymnasiums in Soest a. a. O. S. 8f., A. Döring, Johann Lambach, Berlin 1875, S. 65f. und 127 und W. Görge, Geschichte des Johanneums zu Lüneburg, Progr. Lüneburg 1907, S. 30f. und 74.*

²⁾ *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 145f.*

³⁾ *Ebenda S. 270.* ⁴⁾ *Ostern 1567.* ⁵⁾ *Ebenda S. 252f.*

⁶⁾ *Vogeler a. a. O. S. 4. Nach Jostes S. 23 Anm. 1 und S. 186 Anm. 1 war er Rektor (?) der alten Kapitelschule und Geistlicher an der Wiesenkirche (bereits 1517) und lebte noch 1549 (vgl. auch oben S. 404). Ob er auch erster Rektor der 1534 errichteten evangelischen Schule war, ist zweifelhaft (Vogeler a. a. O. S. 4.)* ⁷⁾ *1568–1575. Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 253.*

⁸⁾ *Vgl. oben S. 198 Anm. 1. In der ersten dort genannten Schrift heißt es Bl. A 7af.: Etsi sciam in clariss. rep. Susatensi pios et doctos evangelii Hamelmann II.*

demonstro istos vix unum aut alterum patrem sincere citasse. Ideo admoneo Susatenses et Hammonenses pontificios, ut caveant sibi et de veritate inquirenda sint solliciti, ut inquit Christus: „Scrutamini scripturas.“ Eodem etiam anno, cum contra me scripsisset licentiatuſ theologus Coloniensis Jacobus Horstius et tunc valde gloriati essent pontificii Susati et alibi, ita mihi responsum esse ab Horstio, ut merito vix hiscere auderem contra ipsum, mox ego partem meae apologiae, in qua recito certas rationes ex patribus et vetustate erudita, cur sit communio utriusque speciei pro laicis retinenda, inscripsi iterum utriusque praedictae reipublicae senatui et piis civibus contra illorum pontificios, ut denuo cognoscerent, quam false citent Colonienses theologi patres et qua iniuria afficiant antiquitatem venerandam ¹⁾).

ministros iam dudum perfecto zelo odisse Thydem Romanam et eius tutores Jesuitas, tamen volui, o magnifici proceres, et pios vestros cives, tum etiam clericos papales . . . admonere in tempore considerare, quam fidelitatem exerceant Jesuitae.

¹⁾ *Die Stelle ist S. 198 Anm. 1 zitiert.*
